BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
1 M
32

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

70 70 12
6 6 12
70.5

Digitized by Google

Digitized by Google

PLANTAE

SEV SIMPLICIA VT VOCANT, QUÆ IN BALDO MONTE, ET IN VIA AB VERONA AD

Baldum reperiuntur: Cum Iconibus, & nominibus aliarum quamplurimarum, quæ à nullo antè ſunt obſervatæ:

à

JOANNE PONE PHARMACOPAEO VERO-nenſi reperta, & edita.

SECUNDA EDITIO,

Cui additæ ſunt nonnullæ ſtirpes inſignes, ab HONORIO BELLO VICETINO in Creta obſervatæ.

Appoſita etiam eſt diſceptatio

DE AMOMO VETERUM

habita

à

Clariſſimo NICOLAO MARONEA, Medico & Phil. Veronenſi: unà cum legitimi Amomi racemi Icone.



BASILEÆ.

Sumptibus Lazari Zetzneri, Bibliop.

M. DC VIII.

CLARISSIMO VIRO

CAROLO CLVSIO,

JOANNES PONA, S.

PRæſtantiſſimam Medicinam humano generi neceſſariam eſſe, inde conſtat, quòd (uti in Eccleſiaſtico legitur, & in libris caſtigationum purgantium Joannis Meſues) ipſi propter eius fragilem, & caducam naturam à ſummo rerum Opifice clementiſſimè fuerit elargita: conſtant ſiquidem hominum corpora ex elementis, corruptioni ſubjectis, invicem agentibus, & patientibus: ex quibus alterationes, & affectiones neceſſariò hominibus occurrunt, quarum in actiones facultatum, organorum miniſteria, ſimilarium partium naturales effectus omnes variis modis læduntur: hinc rationalis anima, labefactatis inſtrumentis, (quaſi dentata dolabra) in operibus ſuis, & circa artes omnes, ſcientias, philoſophiam, & (quod gravius eſt) erga ſuum ſummum creatorem deficere, ſæpe cogitur: anima namq; noſtra, hac carnea veſte obvoluta, hujus corporis inſtrumentis, (continuè etiam fluentibus) ut ſua perficiat munera, indigere lucidiſſimè conſpicitur; nam quo modo imaginatione corrupta, diminuta memoria diſcurret, & ratiocinabitur? ſuum agnoſcet auctorem, redemptorem, atq; illi obtemperabit? ægrotum verò corpus quomodo homini artes convenientes exercebit? proculdubio, aut hæc diminutè tractabit, aut depravatè præſtabit. O verè infœlix humana natura, cùm propè innumeris ærumnis, & tot, tantiſq; morbis miſerrimè ſubjaceas! His tamen calamitatibus omnibus arte ipſa medica, nobis à benedicto Deo benigniſſimè impartita, obviam imus, & verè medemur. Hæc etenim præcepta, & medicamenta proponit,

& exhibet, quæ dogmaticè, rationabiliterq́ uſurpata, quantũ homini licet, præſentem tuetur, & deperditam ſanitatem reſtituit. Jam verò hæ medicæ materiæ (habitibus illis prætermiſſis, qui ex fonte Philoſophiæ hauriuntur) cùm ab elementis, fodinis, animantibus, aliisq́ hujuſmodi rebus naturalibus promanant; tùm præcipuè à ſimplicium, plantarumq́ admirabili virtute ſumuntur. His igitur ego cùm avidè operam navaverim, tum, ut ex horum admirabili natura, artificio, & effectibus cauſantem artificem intelligerem, admirarerq́; tum, ut hæc cognoſcendo, diſcernendoq́, poſſem (quod muneris eſt noſtri) utiliter, & non adulterinè, quæ à Medicis in hominum utilitatem præcipiuntur, genuina ſimplicia eligere, & eadem in pharmaca commiſcere; neq́ expenſis, neq́ laboribus peperci, ut vegetabilium præcipua loca ſtudioſè inviſerem; quæq́ ſibi ad hoc facientia naſcerentur, quanta poſſem diligentia perquirerem, obſervarem, atq́ colligerem. Inter hæc igitur cum cæteris dote iſta minimè ſecundus ſit M o n s *noſter* B a l d u s *dictus, Baldus (inquam) qui altitudine, latitudine, amœnitate, ac pulchritudine inſignis in Italiæ finitimis limitibus Tridentum verſus, ubi faucibus Alpium ipſa à Rhetia ſeparatur ſitus eſt; isq́ in agro Veronenſi, ab ipſa Urbe Verona viginti millibus paſſuum diſtans: quæ præter Arces, & Mœnia tutiſſima, civium ſplendore, vetuſtate fundatorum, aëris ſalubritate, amœniſſimis collibus, flumine pulcherrimo Atheſi, lacu Benaco (qui certè bene agit, cùm ſolus Carpiones regios piſces, & producat, & alat), Aedibus, ſuperbo Amphitheatro, illuſtribus Templis, terræ quibusq́ fructibus, acutorum ingeniorum feracitate, & quæ tandẽ naturali, & medico Viridario Baldo monte, in quo varia, ac peregrinæ plantæ abundè conſpiciuntur præſtantiſſima civitas exiſtit. Hunc itaq́ cum per plures vices unà cùm illuſtribus, excellentiſſimisq́, atq́ admodum R R. D. Patre Mauro, & D. Cæſare, altero quidem fratre, altero filio peracutiſſimi,*

mi, integerrimiq; Juris conſulti. D. Fabii de Nicleſolis, hujuſce civitatis generis ſplendore, fortunæ bonis, & literis primatibus civibus: D. Nicolao Maronea; D. Hectore Moſcalea (nunc Cæſareæ Majeſtatis Medico) pariter Urbis noſtræ medicis clariſſimis: D. Hieronymo Calderino cive noſtro doctiſſimo: D. Joachimo Juniermano Norimbergenſi Philoſopho, Medico, & Herbariæ facultatis peritiſſimo: à quo veluti à ſcientiſſimo duce plurimum, & cognitionis, & artis ſimpliciũ mihi comparavi. D. Paſcale Lecoq Gallo: D. Jacobo Zuigero Græcæ linguæ publico profeſſori in Academia Baſilienſi, & D. Georgio Rentzio VVeinſpergenſi, omnibus Philoſophiæ, & Medicinæ Doctoribus, atq; in Plantarum notitia verſatiſſimis: & cùm per plures (inquam) vices Montem ipſum Baldum peragraſſem inveſtigando rimandoq; diligenter Valles, Prata, Sylvas, Rubos, Foveas, Cavitates, Rupes, Verticesq; omnes præcipites, atq; ſaxoſos: ne quæ iterato ſæpe labore conquiſieram, temporis tractum è memoria effluerent, aut conſeneſcerent, ac demum culpa mortis interirent, hæc de maximo hoc Baldo breviter adnotare non ab re fore arbitratus ſum: tum præſertim, cùm numeroſiora ſimplicia ipſe, quàm alii hucuſq; obſervaverim, tum potiſſimũ etiã, cùm plantas aliquas noviſſimè ibi ego adinvenerim, quæ hactenus nec editæ, nec cognitæ ab aliquo (quod ſciam) unquã fuerint. quas etiam nec parum & utilitatis, & pulchritudinis, herbariæ ſupellectili allaturas mihi perſuadeo. Memor ergo ſingularis humanitatis tuæ quam tu mihi aliquando doctiſſimis epiſtolis tuis, ſimplicium alicuius difficultatis enodationem tractantibus, declaraſti, meq; eorum perfectiori ſcientia adauxiſti: optimeq; ſciens, quantum in plantaria facultate polleas; quandoquidem ſcientiæ tuæ præſtantia cuiq; ex præclariſſimis tuis Voluminibus ſatis patet, quibus præ te fers incomparabilia ſtudia, vigilias, peregrinationeſq; ejus comparandæ cauſa ſubiiſſe; ejuſdemq; manifeſtas, te mirabili ordine, & eloquentia

ſingulari, non minus ſingula deſcribendo mentis oculis, quàm ſuis iconibus referendo oculis corporis ſubjicere. Pulchre itaq; cognoſcens, te Medicæ materiæ tantum profuiſſe, ipſamq; tibi infinitè debere, à ratione alienum non eſſe cenſui, ut hæc tibi uni dicarem. Prout etiam in futurum, ſi qua occurrent, me facturum polliceor, ut apicem perfectionis tum in cognoſcendis, tum in uſurpandis ſimplicibus (ſi fieri poſſit) aſſequi mihi liceat: hoc autem eò libentius feci, quòd ad id me (inter cæteros) Perilluſtris, & undequaq; Clariſſimus, ac omnium ſcientiarum genere inſignis Joannes Vincentius Pinellus, præcipuus, ac ſingularis meus dominus, honorificæ ſervitutis meæ erga te fælix initium eſt cohortatus. Hîc, Vir præſtantiſſime, reperies iter, Villas, loca, ſitus, Aſpectus, ſeriemq; omnem, ac nomina herbarum, quæ ſingulis in locis vere exoriuntur. Poſthac verò, ac propediem (ut ſpero) Deo benè annuente ſingularum ipſius Baldi partium imagines, ac locorum effigies depictas accipies. Quoniam autem nobilitas, & candor animi tui, mihi jampridem perſpectus eſt, quò labores hos meos qualeſcumq; amplexari non dedignaberis, pluribus hoc à tua benignitate contendere, ſupervacaneum exiſtimavi. Satis id mihi erit, ſi ſignum hoc eſſe meæ perpetuæ erga te obſervantiæ, pro certo habueris. Interim Deum O. M. ut te quàm diutiſſimè incolumen tueatur, rogo.

Veronæ, Idus Auguſti,

M.D.XCV.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

NEmo admiretur, ſi ex illis plantis, quæ olim iconibus ſuis cælatæ, deſcriptæque fuerunt in Antuerpienſi impreſſione, nonnullas immutatas, aut adauctas perſpexerit: non enim ex Baldi Monte ita accuratè evulſæ haberi potuerunt, ut pictor aliqua ex parte non coactus fuerit, in his aberrare: Quod ſecus omnino nunc evênit; ſiquidem ad vivum, ſumma diligentia adhibita, nunc eas delineatas habebit. Ex his ipſis nonnullæ à Clariſſimo Caſparo Bauhino Anatomico, & in Academia Baſilienſi Plantarum publico profeſſore (cum quo mihi ſumma intercedit neceſſitudo) nominatæ, & deſcriptæ, in ſuo Phytopinace, anno M. D. XCVI. Baſileæ impreſſo, diverſis tamen nominibus appellatæ: cujuſmodi eſt, Veronica petræa ſemper virens: ab ipſo Chamædrys ſaxatilis. Thlaſpi quoq; petræū myagroides, ſub nomine Tlaſpi alpini, nobis propoſuit. Ocymoides muſcoſum, nomine Gentianellæ omnium minimæ. Tracheliū minus petræum Rapunculum alpinum, vocavit, figuramq; huius quemadmodum & aliarum plurimarum prius à nomine deſcriptarum attulit in ſuo amplificato Matthiolo, in quo deſcribendo plurimum ſtudii adhibuit, & labores vix ferendos ſuſtinuit. Ego verò horū nominum nullam prorſus mentionem feci, ut qui ante ad excellentiſſimum virum Carolum Cluſium Montis Baldi deſcriptionem miſeram, anno ſcilicet M. D. XCV. ut ex ea epiſtola, quam ad eum ſcripſi, facillimè cerni poteſt. Habebis hîc etiam, candide lector, quaſdam alias plantas, quæ olim omiſſæ fuerant: Quippe quòd effingi, & deſcribi non potuerunt opportunè in prima impreſſione. Polliceor autem, oblata occaſione, nonnullas alias in lucem me emiſſurum, nondum obſervatas, aut non rectè cælatas, ſive etiam non ſatis fideliter ab aliis deſcriptas. Vale, & hunc meum laborem, qualiſcunq; ſit æqui, boniq; conſule.

JOANNI

JOANNI PONÆ,

NEPOTI CARISSIMO

Federicus Cerutus Avunculus
S. D.

VIDE, quanti apud me ſis: dum tuas præclaras animi dotes intueor, me ſenem non invitum ad Muſas revocas. Utinam, quod tibi confeci Anagramma, te dignum exiſtimari poſſit. Vale.

JOANNES POÑA.
Ἀναγραμματικῶς.
AN NON IS PÆON?

Quicunq; Ponam noverit,
Rerum ſcientem plurima,
Quæ corpori ſalubria
Plantæ ferunt mortalium:
Et quæ, fodinis eruta,
Prodeſſe poſſunt: languidis
Quæ conferant & pharmacæ
Venena depellentia,
Confecta ſtudio antidota,
Docta manuq; dixerit,
(Echo ſonante protinus)
AN NON IS eſt PÆON? Peon.

DESCRI-

DESCRIPTIO
MONTIS BALDI
IN AGRO VERONENSI.

MENSES Vernales cùm jam præteriiſſent, qui propter montium qualitates in noſtri Baldi regionibus, quàm in planitiebus tardiùs ſeſe patefaciũt, tempus ad iter noſtrum faciendũ, oportuniſſimum viſum eſt. Itaque circiter Idibus Julii ab Urbe diſceſſimus. Occidentem verſus, & egreſſi ſtatim per amplam agrorum planitiem, abſque vitibus, aliiſve arboribus cultam progredimur, in qua abundanter conſpicitur:

Eringium montanum, Matthioli: ſeu vulgare.

Tithymalus Cypariſſias, Lobelii: perperam Eſula minor, Italorũ.

Spina, ſeu ſtella Solſtitialis, Penæ.

Attractylis multorum: ſecundùm aliquos, Cnycus ſylveſtris: Gaza, Fuſum ſylveſtrem vocat.

Onopyxus, Guilandini: ſive Carduus vulgatiſſimus, Lobelii.

Acanthium, Dioſcoridis: ſive ſpina ſylveſtris, Fuchſii.

Ornithogalon, Dioſcoridis: ſeu Bulbus Leucanthemus, Dodonæi.

Rhamnus tertius, Matthioli: ſeu Paliurus, Lobelii, & Penæ: frequentiſſimus.

Pullegium floribus verticilatis: perperam Calamintha officinarũ.

Carlina ſylveſtris minor, Cluſii.

Gallium luteum frequentiſſimum.

Verbenaca vulgaris, & Matthioli.

Polygonum minus, Matthioli: à quibuſdam; Herniaria vocata: ab aliis Herba Turca: Tragus pro Empetro proponit: Cordus, Millegranam vocat: ab aliquibus, Helleborina, Dioſcoridis putata: & Herba Cancri minor etiam nominatur: ab Italis, Centumgrana.

Verbaſcum fœmina, Lobelii, ſeu Verbaſcum ramoſũ candido flore.

Verbaſcum latius, Dodonæi: prius, Matthioli.
Blataria, Plinii, luteo flore.
Hyoſciamus primus, Matthioli.
Mentaſtrum vulgare, ſeu mentæ ſylveſtris ſpecies.
Plantago aquatica, Herbariorum: nonnulli verò genuinum Aliſma, ſeu Damaſconium, Dioſcoridis, autumant.
Calamintha tertia, ſeu aquatica, Matthioli.
Verbenaca recta, Fuchſii, ſive mas.
Erythrodanum Græcorum: Rubia tinctorum in officinis.
Centaurium collinum, Geſneri: Aphyllanthes. IV. Dodonæi.
Dipſacus ſativus, vel Galledragon Xenocratis, Anguillario; ſeu ſpina Selenitis Theophraſti: Guilandino.
Dipſacus ſylveſtris major, Fuchſii.
Ranunculus hortenſis ſimplex, ſeu primus Fuchſii: Ranunculus echinatus ſylveſtris, III. Dodonæi: ſeu Ranunculus arvorum, Lobelii.
Heliotropium ſativum, Cluſii,
Anthemis, ſeu Chamæmelum.
Buphthalmum, Matthioli.
Sideritis prima, Matthioli: Lobelius verò, Marrubium aquaticum, ſeu paluſtre facit.
Stachys, Dioſcoridis, & Scordotis Plinii, Lobelio: à Trago, Marrubium agreſte vocatum: at à Matthiolo Pſeudoſtachys.
Echium, Matthioli, floribus rubris: præterea albis floribus.
Echium, Loniceri, ſeu Bugloſſum officinarum.
Echium, Fuchſii.
Chamæ Zyzypha, ſeu Zyzypha ſylveſtris, frequentiſſima.
Gnaphalium vulgatiſſimum.
Ægylops, Theophraſti: ſeu IV. genus Roboris, Lugdunenſium.
Hyoſiris flore candido, ſive Jaceæ Pannonicæ ſpecies, Cluſii.
Sideritis prima, Fuchſii: perperam Herba Judaica Avicennæ, Herbariorum.
Sideritis, II. Matthioli.
Lactuca ſylveſtris, Matthioli: Endivia quorundam officinarum, Lobelio.

Et pervenimus ad locum, qui vulgò Clivus dicitur, qui eſt principium planitiei cujuſdam magnæ, ſaxoſæ, & ut plurimùm incultæ, latitudinis

Digitized by Google

latitudinis circiter octo millium paſſuum & longitudinis quatuor. Hæc omnino æqualis eſt, aëre ſaluberrimo, & pervia, in qua, quaſi in quodam æquore perſiſteres, & per illud permeares, eminùs abſque impedimento: proſpicis hinc inde Villas, & ipſum Baldum, in hac autem deambulando adnotatur;

Sideritis pratenſis rubra, Lugdunenſium.

Sideritis etiam luteo flore, eorundem conſpicitur.

Ervum ſativum, Cordi: Piſum Græcorum, Trago: Matthiolus, pro Clymeno pingit.

Camelina, ſive Theophraſti Eryſimum, & Dioſcoridis Myagrum, Dodonæo: à Matthiolo pſeudoMyagrum, dicta: hic abundanter colitur nomine ſementina.

Convolvulus minor, ſpicæ foliis, Lobelii: à quibuſdam, Scamonium tenue Plinii creditur.

Convolvulus ſecundus, Cluſii: Cantabrica Plinii, ſecundum aliquos: à Dalecampio, Volvulus terreſtris dictus.

Onoſma, Matthioli.

Anchuſa lutea, Dalecampii, frequentiſſima.

Centaurium parvum, Dioſcoridis: à Dodonæo, pro Panace Leptophyllon Theophraſti, & Plinii, proponitur: ab Italis, Biondella; quibuſdam perperam, Lymneſium Cordi, videtur.

Blataria flore cœruleo, elegantiſſima.

Cytiſus Tragi: à Lobelio, Lagopus altera pinnato folio dictus.

Ciſtus annuus alter, Lobelii.

Hyacinthi ſpurii, varia genera.

Ampelopraſum, frequentiſſimum,

Lagopyrus, Dodonæi: ſeu Lagopum ſpicatum.

Pulſatilla vulgaris, ſeu Anemone ſylveſtris, Fuchſii: Ranunculũ X. Cordus facit.

Betonica, paſſim.

Cotinus, Plinii: Cæconelia Theophraſti, Cluſio: Coggigria, Plinii Camerario: Chryſophyllon Priſcorum, Lobelii: fortè Barba *Jovis* Plinii, Geſnero.

Glaux, Guilandini: à Belgis, Anthyllis leguminoſa: ſeu Anthyllis prior, Dodonæi,

Tithymalus platiphyllos Lobelii, & Penæ: à quibuſdam Characias vocatur

Holoſtium Matthioli.

Muſcipula altera flore muſcoſo, Lobelii: ſive ſeſamoydes magnum Salmanticum quorundam, Cluſio: etiam Cluſius ipſe, Lychnidis ſylveſtris ſpeciem eſſe putat.

Aphyllanthes, Anguillatæ: à Lobelio pro Bellide cœrulea exhibita: Italis, Botonaria: à Monſpellienſibus globularia.

Armerius flos tertius, Dodonæi.

Lagopus, frequentiſſimus.

Clinopodium Lacunæ, Lobelio: idem Lobelius, Acinon facit: Betonica Pauli, quorundam: ſeu Clinopodium primum Matthioli: Geſnerus, Polycnemon vocat.

Clinopodium minus, ſeu vulgare: Ocymum ſylveſtre, ſeu Acinos, Dodonæi: vel Pulegium petræum, Geſneri: perperam Calamintha montana Tragi.

Trifolium Cochleatum, ſive Medicæ ſpecies, Lobelii. Item, Medica ſpinoſo folliculo.

Symphitum petræum, Lobelii: Conſolida minor, à Matthiolo: Brunella altera, Dodonæi: quæ & floribus albis cernitur:

Oenanthe, Fuchſii: Filipendula multorum: dubitat Lobelius, an? Plinii Molon.

Talictrum nigrum, Cordi: Dodonæus, Talictrum magnum facit: à quibuſdam Ruta pratenſis, & ſaxifragia, Gallorum.

Oſyris, ſeu Linaria vulgaris.

Sylibum, ſeu Leucacantha, Loniceri.

Syſirinchion Theophraſti, Cordo: ſeu Bulbus eſculentus, Lacunæ: Bulbus ſylveſtris, Fuchſii: à Lobelio, Ornitogalon luteum vocatum, qui etiam dubitat, an? ſit Vomitorius bulbus.

Lactuca ſylveſtris vera, Dalecampii.

Aphyllanthes primum, Dalecampii.

Lactuca ſylveſtris, Fuchſi, & Matthioli: ſive Picris anguſtifolia Dioſcoridis, Lobelio.

Pecten Veneris, Ruellii: aut fortaſſe (ut inquit) Anguillata, Scandix veterum.

Tordylum, Seſeli Creticum, Lobelii.

Naſturtii ſpecies, Geſneri, illa quæ à Trago, Fuchſio, & Cordo pro ſeriphio Germanico propoſita eſt: à Pena fortè Taliectrũ Dioſcoridis

Digitized by Google

ridis, ſeu Sophia Chyrurgorum: à Dodonæo etiam pro Thalictropi cta.

In hujus dextra parte propè flumen reperitur:

Coluthæa Theophraſti: à quibuſdam Cytiſus creditus.
Saxifragia alba, ſeu IV. Matthioli.
Polygonatum Dioſcoridis, ſive Fraxinella Italorum: Secacul, Geſnero putatur.
Flammula altera, Dodonæi, ſeu Clematis recta.
Stratiotes, ſeu Achillææ congener, Cluſii: fortè Helyochriſos Italica, Matthioli.

In ejus fluminis oppoſita parte, copiosè pullulat,

Rhus obſoniorum, & Coriariorum, vel Sumach Arabum, ſed tamē ſterilis eſt.

Cumq; jam perveniſſemus ad finem ſpatioſi hujus agri, ad levam manum, pagum Buxoletum relinquimus (ita vocatum ex copioſo Buxo, ibi ſponte naſcente, cujus ſylva etiam in præſentia in fluminis ripa conſpicitur,) quo in pago inveniuntur plantæ diverſæ, nempè:

Abrotanum mas, commune.
Abrotanum mas, album.
Abrotanum inodorum, Lobelii.
Alyſſum, Matthioli: an potius Thlaſpi ſpecies? fortaſſe Alyſſum minimum, Cluſii.
Botrys, frequentiſſimum.
Antirrhynū ſylveſtre: ſive Phyteuma, Dodonæi: Chamæmerion, Geſneri: à quibuſdam Delphinium, Dioſcoridis, & Linum ſiliquorum: Onagra quorundam.
Ladanum ſegetum Plinii, Lugdunenſium, rubro, & albo flore invenitur.
Ariſtolochia rotunda genuina, frequentiſſima.
Inſuper, Clematis, Lobelii: perperam nonnulli officinarum credunt eſſe genuinam longum.
Thlaſpi parvum Hieracifolium, & Leucoion marinum luteum: à Dalecampio, pro Lunaria lutea picta: Cluſius, Thlaſpi clypeatum vocat, in ſuis doctiſſimis obſervationibus Pannonicis: à quibuſdam, Biſcutella.
Nepeta, Tragi: Menta Catti, & Cattaria multorum.

Iberis, ſive Lepidium, Dioſcoridis.

Tithymalus verrucoſus, Dalecampii.

Eſula minor, Tragi.

Polypremnum, Lugdunenſium: ſeu Polygoni ſpecies.

Origanum ſylveſtre ſeu commune in officinis.

Mox deſcendimus ad Atheſim, inde binis conjunctis navigiis pendentibus ex longo, craſſo, & mobili fune, qui alium ſimilem funem amplectitur, magnis arborum truncis in utraque ripa infixis alligatum, in pagum transvehimur, Septimum dictum, quòd ab Vrbe diſtet ſeptem millibus paſſuum, quod magnam voluptatem ſpectantium oculis ob elegantiam adfert: pergentibus autem per illas ſemitas reperiuntur hæ plantæ:

Onobrychis Pannonica prima, Cluſii: ſeu ut ego dicerem, Cicer Aſtragaloides.

Helyochritos ſylveſtris, ſeu Chryſocome, Tragi: vel Amaranthi lutei ſpecies.

Verbaſcum III. Matthioli.

Cynogloſſum vulgare.

Hinc poſt frugiferos aliquos campos ingredimur in vaſtum, & pariter incultum agrum, parùm ab eo diſſimilem, de quo in initio itineris, ubi adnotantur.

Eufragia, paſſim.

Filix mas, frequentiſſimum.

Linum perpuſillum floribus luteis.

Linum ſylveſtre floribus albis.

Eupatorium Græcorum, ſeu Agrimonia.

Erygerum magnum, ſeu Iacobæa ſenecion, Lobelii.

Helxine Ciſſampelos.

Iris vulgaris.

Anonis lutea, Camerarii: Natrix Plinij, quorundam: perperàm, multi Pharmacopolarum, pro vero Meliloto utuntur.

Lotus ſatiua, Matthioli.

Ocymoides, Matthioli, flore albo.

Percepier Anglorum, Lobelij.

Saponaria Recentiorum: Cundet Avicennæ Valerandi, ex Lobelio.

Conyza Helenitis, Cordi: ſeu Baccaris Monſpellientium, Lobelij: Matthiolus

Matthiolus pro Conyza maiore pingit, uti etiam Dodonæus
Horminum ſylveſtre, Fuchſij.
Millefolium luteum, an Agerati ſpecies?
Polygala Dioſcoridis, multorum: ſeu Onobrychis, Dodonæi: vel caput Gallinaceum Belgarum, Lobelij.
Sideritis prima, Fuchſij: Tethrait, & Herba Iudaica, Herbariorum.
Saxifragia Pauli, & Dioſcoridis, & Oſteocollum Abſyrti, Guillandino: eſt Saxifragia communis.
Corruda.
Cicer Sylveſtre alterum, Dalecampij.
In quo loco etiam conſpicimus, Ciſtum annuum flore guttato

Digitized by Google

Ciſtus annuus flore guttato.



Deſcriptio. Aſſurgit, hæc planta, recto ſurculo tripalmari quadrato, hirſuto, vireſcenti, cui propè terram folia multa Oleæ effigie, deinde per intervalla ad oppſita laterata alternato ſitu bina, ad medium uſq; deinde

Digitized by Google

deinde per aliquos ordines terna ſpectantur, duobus tamen ex his anguſtioribus, è quibus flores multi, colore, & forma Helianthæmi: ſed hoc ampliùs in ſingulis foliis guttulam ſanguineam ſortiti, ad inſtar Pyropi, auro ſumma arte excepti, tùm ſummitati, tùm pediculo longiuſculo, & capillati calicibus affixi hærent: horum tamen aliqui ſine foliis unicum florem in ſuprema parte obtinentes plantam finiunt: quæ radice unica, exili, lignoſa, ac parùm fibrata alitur: floret initio Julii: ſapor, & ſemina, ut in aliis Chamæciſtis: provenit in plano Agro altero, ſed frequentior in Oppido Ciani. Tempus. Sapor. Natalia.

Et hæc inveniuntur Pontinum uſque.

Eſt autem Pontinũ rus amœnum, in quo perilluſtris Viri D. Cæſaris Nicleſolæ, ſunt perampla prædia, & egregiæ ædes, aptæ ad excipiendos propter varias illarum exculta ornamenta, ac ſupellectilia, & commoditates quoſvis illuſtres Viros, quod perſæpè contingit: qua enim eſt animi magnitudine Vir iſte nihil potius habet, quàm ut omnes bonos humaniter, benigneq; excipiat: inſignitur hæc nobiliſſima Domus duobus pulcherrimis Viridariis, in quibus præter varios ordines frequentiſſimarum cupreſſuum, & inſertorum ſelectiſſimorum, peramplæ viæ ad ſpaciandum commodæ, & antiquæ inſcriptiones ad oculos, animumq; oblectandos, diligenter conſpiciuntur. Hìc coluntur iſtæ nobiles plantæ: inter quas digniores, & magis peregrinæ à Præclariſſimo Viro Joanne Vincentio Pinello traſmiſſæ huc ſunt:

Acanthus aculeatus, Lobelii: ſeu Monſpellienſium, Chamæleonta.
Caucaſon, ſeu Moly Indicum.
Althæa flore luteo,, aut Theophraſti Ibiſcum, Lobelii: ſive Abutilon, Avicennæ.
Sanicula Montana, Cluſii.
Aconitum lycoctonum, Matthioli.
Aconitum batrachoydes, Lobelii.
Napellus, Lobelii, & Penæ,
Napellus racemoſus.
Napellus Moyſi Avicennæ, & legitima Zeduaria, Matthioli.
Leucoion Creticum pulcherrimum, fortè Leucoion cœruleum, Dioſcoridis.
Tamarindus, vel Decelſide Ægyptiorum. Excel: Proſpero Alpino.

B

Acacia Ægyptia genuina, Veterum.
Stœcàs altera, Lobelii.
Paliurus Athenæi: ſive Nabra Ægyptiorum, Alpino.
Aquilina quatuor diverſorum colorum pleno flore, ſive degener, hoc eſt expers corniculorum inflexorum. ad hæc;
Quatuor diverſorum colorum pleno flore roſeo, ſive degener.
Hyppomaratrum.
Dictamnum Creticum.
Bryonia Cretica dicoccos, Belli.
Hedyſſarum alterum clypeatum, Lobelii.
Thlaſpi clypeatum, Lobelii & Penæ.
Myrtillus, Germanica.
Colchicum Anglicum flore candido, à clariſſimo viro Lobelio è Londino miſſum.
Tulipa magna purpurea.
Aloë, utraque.
Papàs Pervanorum, fortè Arachidna Theophraſti, Cluſio: à Caſparo Bauhino Solanum tuberoſum nominatur, qui primus hanc plantam unà cũ aliis in ſuo Phytopinace deſcripſit, ejusq; iconem elegantiſſimam in ſuo Matthiolo emaculato propoſuit.
Ornithogalon Arabicum, Cluſii: Lilionarciſſus polyanthos, Lobelii: Lilium Alexandrinũ Neotericorum: à Dodonæo, Ornithogalum minus vocatum: à Matthiolo, pro Narciſſo. I V. pictum: ab Italis, Giacinto del Pater noſtro, vocatur.
Lilium Perſicum, ſive, Suſianum.
Salvia baccifera Cretica.
Sabdariffà, ſeu Alcea Indica, ſiue Alcea Americana, Cluſii.
Siſon Veterum, Imperati.
Pyrrhetrum primum Matthioli.
Siſarum legitimum Veterum, à Ferdinando Imperato obſervatum, nec dum ab ullis deſcriptum.
Thlaſpi vicanum Mehlinienſe, Lobelii.
Papaveris varia genera.
Papaver corniculatum flore violaceo.
Papaver corniculatum flore phœniceo.
Pſeudodictamnum floribus verticilatis.

Lilium

Lilium convallium, vel Vernum Theophraſti, Lobelio: perperam Ephemerum Colchicum non lethale, Fuchſii, flore permanente.

Iris bulboſa colore luteo palleſcenti,
Iris bulboſa verſicolor anguſti folia, ſaturatior,
Iris bulboſa verſicolor latifolia ſaturatior,
Iris bulboſa Violaceo flore, ſeu II,
Iris bulboſa flore rubro, } Cluſii.
Iris bulboſa flore rubro elegantior,
Pſeudonarciſſus pleno flore,
Pſeudonarciſſus Hiſpanicus minor,
Narciſſus juncifolius. II. flavo flore & odorato,
Anemone hortorum latifolia ſimplici flore. XVII.
Aſter pratenſis, ſeu V.

Irionum Theophraſti, ſecundum aliquos: ab Ægyptiis, Bamia vocatur, ab aliis Phaſeolus Indicus.

Elegans genus Limonii, ſive Cichorium globulare Imperati.

Panax Heracleum, Herbariorum.

Panax Aſclepias Dioſcoridis, Guilandino.

Trachelium majus Baldenſe.

Tragion Creticum, Bollonii, nõ Dioſcoridis, ſeu Androſæmum fruticoſum Camerarii: vel Ruta hypericoides, Dodonæi.

Melilotus Italica, Camerarii.

Iſopyrum, Matthioli: ſeu potius ad Melanthii ſylveſtris ſpecies referenda.

Eruca peregrina, Cluſii: ſeu Leucoion marinum, Patavinum.

Impatiens, Dodonæi.

Trifolium Aſphaltites.

Viola matronalis, vel Damaſcena, Recentiorum: à Fuchſio, pro leucoio albo picta: à quibuſdam Heſperis Plinii, credita.

Centaurium magnum genuinum, Dioſcoridis.

Smyrnium, Lacunæ.

Hemerocalles Chalcedonica: Vulgò, Rizzo della ſignora.

Scabioſa Hiſpanica, Cluſiii: à Fabio Columna, Phyteuma Dioſcoridis credita.

Lirioaſphodelus albo flore: fortè Phalangium, Veterum.

Anonymos Buxifolia.

Seſeli Maſſilienſe, Dioſcoridis.

Digitized by Google

Siſon, Dioſcoridis putatum: à quibuſdam (perperam) Amomum Veterum creditur.

Ut autem error iſte prorſus tollatur (fuerũt enim pleriq; qui varia ſenſerunt de Amomo) viſum eſt, palàm facere quodnam ſit verũ Amomũ, ab Antiquis adeò celebratũ, & ne quis ſuſpicetur, Amomũ mihi hoc finxiſſe, indicabo, à quo iſtud ipſum acceperim, nempè à Cequino Martinello, Pharmacopæo Veneto, Viro integerrimo, mihiq; amiciſſimo, hic ſe accepiſſe Amomum iſtud è Malaca Vrbe Indica, ab excellenti viro Cequino Martinello, ſuo patruo, Viro harum rerum peritiſſimo, & qui in regionibus Indicis jam multos annos commoratur. Hoc ipſo uſus ſum ego in cõficiendo Mithridatio, & Theriaca; quod ab Excellẽtiſſimis Viris Collegij Veronenſis approbatum fuit, eoq; libentius id ſum facturus, quia video, nonnullos fuiſſe, qui id verum eſſe negarint, hoc ipſum apponam ad calcem, ut quæ à Clariſſimo Nicolao Maronea Medico, & Philoſopho præſtantiſſimo perdoctè de Amomo diſſeruntur, legi poſſint ab omnibus, atque intelligi, non temerè in noſtris Antidotis appoſitum fuiſſe.

Digitalis purpurea.

Digitalis lutea flore amplo.

Quoniam verò nonnulli dubitarunt, cum de hac ego mentionem fecerim, additione iſta, amplo flore, ipſam novam aliquam plantam eſſe; hic ſolùm figuram apponere volui (cum adhuc nemo ita ad vivum eam repræſentarit,) & quidem ſua floris magnitudine: ſed ſine ulla deſcriptione, nam hac in parte abundè ſatisfactum eſt à Leonardo Fuchſio, à Lobelio, & alijs recentioribus.

Diſſimulare non poſſum, tametſi pollicitus ſim, iconem daturum ea magnitudine, qua eſt naturâ, qui tamen formas incidit, non eandem ſervavit, ſed longè minorem, nec amplitudini reſpondentem.

Digitized by Google

Digitalis lutea flore amplo.



Adhæc,

Digitized by Google

Melilotus ſingularis, Alpini.

An Lotus Sylveſtris, Matthioli?



Huius Meliloti ſpecies parva ab radice creſcit, fibroſa, & ad unius cubiti altitudinem, interdum etiam altior, cum caule quadrato, & vacuo: Trifolij equini folia producit, majora tamen, & delicatiora. Flores

Deſcriptio.

Flores in ſummitate fert, ad inſtar ſpicæ, pallidi coloris, albeſcentes in purpureo: quibus ſuccedunt ſemina in exiguis ſiliquis mucronatis occluſè, coloris pallidi rubeſcentis. Odorē habet Veterum Meliloti ſimilem: Planta annua eſt. Huius ſemina, ſub nomine Meliloti ſingulari nomen, olim nobis Patavio miſſa fuere à Clariſſimo Viro Proſpero Alpino illius Academiæ publico lectore. Odor.

Prætereá,

Cytiſus, Maranthæ.

Aſpalathus alter legitimus, Dioſcoridis.

Cum frutex iſte (à nemine quod ſciam) rectè fuerit deſcriptus, verè autem, & eleganter Honorius Bellus hunc ipſum deſcripſerit, viſum eſt, opportunè huius viri Clariſſimi deſcriptionem hic apponere, de hoc enim ita ſcribit.

Aſpalathus hic eſt ſecundus verus Dioſcoridis, & legitimus: atque in tota Græcia nomen adhuc retinet: illo ſepes conficitur, & integræ ſylvæ hoc ſolo conſtare ſpectantur: Ligni materies alba, duriſſima, & gravis eſt: medio autem ligni nigreſcit, odore carens: Flores habet luteos, Geniſtæ æmulos, parum odoratos: vento autem ſpirante, eorum odor ſatis ſuavis manè longiùs percipitur: ſuccedunt parvæ ſiliquæ, in quibus tria, quatuorve ſemina continentur: folia Rutæ ſimilia ſunt, terna ſimul iuncta: ſpinis totus frutex ſcatet: radice nititur firma, lignoſa, odoris experte. Excellentiſſimus Matthiolus hunc fruticem, non ſine errore, Acaciam alteram appellat, cum ſit Aſpalathus alter, Dioſcoridis. Ex Epiſt. 1. Belli ad Cluſium. Deſcriptio. Acacia. II. Matthioli.

Cum iam deſcriptionem appoſuerim ſecundi Aſpalathi Dioſcoridis, hac occaſione oblata volui repræſentare, & delineatione, & breui deſcriptione, portionem quandam legitimam primæ ſpeciei eiuſdem Dioſcoridis, quæ eadem eſt, & odorata, & medicamentoſa à Plinio deſcripta, quam etiam adnotavit Galenus, & iccirco apta Antidotis, quibus uti debemus; non autem gravis, uti Ebenum: non amara, ut Abſynthium, neque abſque ſpinis, uti malè exiſtimarunt quidam, quod prorſus ab opinione Antiquorum ſcriptorum abhorret.

Digitized by Google

Aſpalathus primus, Dioſcoridis, Plinij, & Galeni, legitimus.



Deſcriptio. Hæc ſubſtantia eſt non tam compacta, ut injecta in aquam proruat in fundum, ſed ſi conferatur cum multis alijs lignis, ſatis compacta, & gravis dignoſcitur: cortex ipſius ſuperior eſt colore

Digitized by Google

colore cinereo nigricante, & quadam acrimonia adſtringente prædita: hoc cortice dempto, offert ſeſe membrana quædam fibroſa, longè efficacior, ſi deguſtetur, primo cortice, colore rubro, ignem imitante: qui demptus ex parte inhærente, lignum in ſuperficie ad purpuram vergens detegitur, intus palleſcens, pars verò interna ad nigrum vergens. Lignum hoc totum, eſt qualitatis adſtringentis, cum aliqua acrimonia mixtæ. Odoratum eſt validi odoris, & qui nares ferit, tàm citò, & profundè, quàm Caſtoreum: iſtud eſt ſarmentoſum, ſpinis quibuſdam oppletum, ut ex portione hac delineata cerni poteſt. Sapor. Color. Odor.

Vt autem ad inſtitutum noſtrum revertamur, agamus jam de his plantis quæ in iſtis Viridariis vireſcunt.

Pæucedanum magnum Italicum, Lobelij.
Hieracium Intybaceum flore carneo.
Verbaſcum IV. Matthioli.
Draba, Dodonæi, ſeu Dryophonum Plinij eiuſdem: nonnulli verò, Thlaſpi Candiæ umbellatum vocant.
Myrrhis parva altera, Penæ & Lobelij.
Superba Auſtriaca, Cluſij.
Cacalia, Lobelij.
Tanacetum acutum album, Tragi: ſeu Ptarmica folio Taraconis, Lobelij: vel Pyrrhetrum ſylveſtre, Quorundam.
Ocymoides arboreum, ſeu fruticoſum, Camerarij.
Cardiaca Melica, Lobelij: ſeu Moluca aſpera.
Tanacetum non odorum, Penæ: ſive perperam Sideritis Italorum.
Chamærhododendros alpina, Lobelij.
Corona Imperialis ſimplici ſerie florum.
Poterium, Dioſcoridis, Lobelio: à quibuſdam Pimpinella ſpinoſa: ab Honorio Bello, Stœbe Cretica vocata.
Phtora Valdenſium.
Lychnis Chalcedonica, Scarlatea vulgò.
Thapſia, Matthioli.
Ferula Galbanifera, Lobelij.
Ranunculus polyanthos aureo flore.
Datura Turcarum, quorundam: Solanum Manicum, Columna facit.

Muſcati Turcarum: Matthiolus exhibit pro Bulbo vomitorio.
Eryſitales, Plinij.
Ocymoides repens polygoni folio, Lobelij.
Helyanthe flore candido.
Acorum genuinum: perperam Calamus aromaticus multorum: nam Calamus verus,& legitimus, jam à C. Cluſio oſtenſus fuit.
Radix Rhodia.
Siliqua ceratonia.
Iaſminum Catalonicum.
Syringa cœrulea Luſitanica, Lobelij: Lilac Turcarum, Matthiolo.
Arundo Indica vel Cannacorus quorundam: à Camerario, Gladiolus Indicus vocatur.
Cuminum ſylveſtre primum, Dioſcoridis.
Calcitrapa candida,& rubra flore duplo.
Cnycus alter, Cluſij.
Cnycus ſylveſtris, primus multorum: Atractylis, Dalecampij.
Chariophyllata montana major.
Chariophyllata alpina omnium minima.
Iacobæa. II. } Pannonicæ, Cluſii.
Iacobæa. III. }
Caltha, ſeu Calendula, pleno flore: à Fabio Columna, Clymenum Dioſcoridis vocatur.
Soldanella alpina, Cluſij.
Gramen Parnaſium, Dodonæi.
Primula arboreſcens flore ſimplici.
Lyguſticum verum, Dioſcoridis.
Pulſatilla flore albo.
Aconitum. *III.* Dioſcoridis.
Alectorolophos prima, Cluſij.
Nardus Celtica altera, Lobelij.
Scorzonera Hiſpanica.
Ornitogalon ſpicatum.
Dentariæ minoris, Matthioli: tres in foliorum numero varietates.

Iaſminum

Iaſminum Indicum alterum rubrum Myrriophylli folio, Cæſalpini: ab Indis, Quamodit vocatum.

Andreas Cæſalpinus, lib. 4. Cap. 40.



Elegantiſſima planta hæc à nullo alio, quòd ſciã, præterquam à Ioachimo Camerario in ſuo Horto Medicæo, delineata eſt; verũ & in- Pag. 40.

genuè fatear, ob cœli injuriam, in quo orta eſt, non uſque adeò exactè, ut ejus elegantiam exprimere videatur. quapropter prætermittere nolui, quin hic naturalem formam referrem, quandoquidem anno M. D. C. I V. vireſcit, hujuſque fructus ad maturitatem pervenit, ex ſemine, quod acceperam à Ferdinando Imperato, viro inſigni, & exactæ cognitionis naturalis, mihique amiciſſimo.

Traſi noſtrũ, vel eſculentus Cyperus: Dulcichinum à Guilandino vocatum: à Dodonæo, pro Cypero dulci propoſitum: Fabius Columna Neapolitanus, Malinathallon Theophraſti, eſſe autumat, uti etiam Anthalium Plinij facit.

Pro certo habeo, plantam hanc inter eas collocandam eſſe, quæ nec caulem, nec florem, ut nec ſemen etiam producunt, ſed ſola propagatione radicum ſuarum ſe ipſam tuetur. Multis ab hinc annis eam obſervavi, atque ſolo erectam vidi, ſemper tamen ſine ullo caule, folijsque cyperinis, longitudine ad ſummum unius cubiti. Interdum veritus ſum, id evenire, quòd ſingulis annis è terra evelleretur, ut inde propagatio colligatur: quod fieri convenit primis menſis Novembris diebus, ſequenti verò Martij menſe, certam quandam radicum earundem partem in terram defigi, eodem pacto, ac ſi ſemina eſſent. Modus, qui à noſtratibus ſervatur hic eſt, antequam in terram projiciantur (hæc autem eſſe debet arenoſa,) per aliquod tempus in aqua macerantur, donec aqua ipſa ebullitionem quandam emittere videatur: tunc abjicitur aqua illa, & in aliam iterum infunduntur, quoad iterum ebullire videatur, ſic enim in eum ſtatum deducuntur, vt germinare, & creſcere facillimè poſſint. atque iterum ſequentis anni menſe itidem Novembris è terra evulſa ſervantur, ut evellendo, & figendo, proventus nunquam deficiat, qui interdum maior, minorque fit, pro anni tempore. Hac de cauſa, atque impedimento, interdum veritus ſum, caulem non producere, neque ad perfectam formam pervenire. Quamobrem decrevi, plantas nonnullas è terra non evellere, ſed ut ibi ſpatio trium quatuorve annorum permanerent immotæ, non tamen has diverſo modo creſcere, obſervavi. quæ cauſa fuit, ut in ſententia, quam mihi propoſueram, permanerem. Exiſtimo ego, Graminis cyperoidis frequentiam, quod annexum frequenter oritur inter multitudinem Dulcichinorum, folijs multum illi ſimilibus, caule triangulari, in

Tempus.

Colendi ratio.

ſummitate

ſummitate verò cernitur inſtar Cyperi, multos induxiſſe, ut exiſtimarint, hujuſmodi caules non ex planta extrinſeca, ſed ab ipſis Dulcichinis emanare: Hæc in medium afferre volui, ut hujus plantæ ſtatum, formamq; uti ex ipſa obſervatione ſum expertus, noſtra hæc legentibus, indicarem. Hæc planta propria Veronenſis eſt, nullibi enim in tota Europa, præterquam apud nos ſponte naſcitur. Provenit verò copioſiſſime prope Vrbem ad meridiem, in qua itidem parte ſurgunt hæ, quæ hic deſcriptæ ſunt.

Chelidonium ſylveſtre, Cordi: ſeu Caltha paluſtris, Geſneri: Matthiolus pro Farfugio pingit.

Phalangium Cretæ Saloněſis, Lobelii: ſive pſeudo Aſphodelus vel Aſphodelus minor, Dodonæi: & Aſphodelus. III. Cluſii.

Lotus tetragonolobus, Camerarii.

Vbi etiam abundanter conſpicitur,

Oleaſter Germanicus, Cordi: ſeu (ut multi exiſtimant) Rhamnus primus, Dioſcoridis.


Scripſeram hæc de Traſi hiſtoria, cum deinde mihi contigit, ea legere, quæ Cluſius ſcribit ſuis ſcoliis in obſervationes Petri Bellonii lib. II. cap. XL. qui aſſerit, Hanc etiam plantam frequentem reperiri in Agro Valentino in Hiſpania, & hujus uſum plurimum ibi locorum eſſe.

Sed de his ſatis, nunc eò unde diſceſſimus redeamus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Stœbe capitata Roſmarinifolio, noſtra, ſive Chamæpithys fruticoſa Cretica, Belli. Jacea fruticans Pinifolio, Caſ. Bauhini.



Deſcriptio. Ex albicante radice lignoſa, & aliquantulum fibroſa, varii effeſantur caules teretes, modo coronariæ Lybanothidis, triũ circiter

cubitorum

cubitorum quadam canitie aſperſi, profert folia ut ipſa Lybanothis, ſed longiora multo, & acuminata magis, quæ paululū flaccida facta, ita ſeſe coarctant, ut omnino appareant Pinaſtri folia, quæq; supernè ſubvireſcunt, infernè albicant, cum quadam lanugine, uti & cauliculi: in ramulorū faſtigiis edidit capitula, quemadmodum Stœbe Salmantica prima Cluſii, quaſi magnitudinis Centaurii majoris, cui etiam flos ſimillimus eſt, niſi quod magis purpuraſcit: ſemen retinet Cnynici, ſed nigricans: perennis eſt planta. Hanc ſub nomine Chamæpiperis mihi miſit D. Antonius Berthiolus, Ducis Mantuæ Pharmacopæus peritiſſimus, obſervatorque inſignis, ut ipſi de hac ſententiam meam dicerem, (ſicuti poſtea intellexi, ipſum hanc accepiſſe hoc ipſo nomine ab herbario quodam amico ſuo:) ego verò rationes nullas, cur ita vocari deberet, intelligens, imò, cùm viderem, Roſmarinum in foliis æmulari, ac Stœbis formam obtinere, atque temperamentum (cū adſtringens & exiccans guſtu ſentiatur,) non eſſe præter rationem arbitratus ſum, nomine Stœbis capitatæ Roſmarini folio eam inſigniri, donec verius aliquod inventum ſit, cui, me ſubſcribere non recuſabo. Temperamentum.

Sed benè, præclareq; nobiſcum actum eſt: nam dum animo penderemus, de hac planta, ecce mihi perlatæ fuerunt literæ à Clariſſimo Honorio, Bello, f. m. quibus planè mihi innotuit id, de quo veritus fueram: ſuis enim literis mihi indicavit, plantam hanc vocari ab ipſo, Chamæpynum fruticem, & in Creta βρομοξίλον, quam vocem ſignificare ait, fœtens lignum: ſiquidem combuſtum teterrimum odorem reddit: aitque oriri in locis præruptis, aridis, & calidiſſimis: tametſi interdum etiam in planis locis plantatam ab hominibus videtur in fertili ſolo; ut autem totam hiſtoriam afferam, quam ille literis die XXIII. Martii M.DC.IV. Vicetia ad me miſit, addam hæc:

Creſcit planta hæc ad altitudinem trium, aut quatuor cubitorum, caule ſingulari prope terram, qui dividitur deinde in ramos ſcabroſos, inſtar ramorum Piceæ, coloris ſubruffi, folia ſunt Pini oblongæ, & anguſtæ, in ſummitateq; ramorum, producit quædam capita veluti Cyanum majus, in quibus ineſt ſemen & flos perſimilis dicto Cyano, purpurei coloris; pulcherrima planta eſt, & in multos annos viret in Creta, hibernoque tempore, foliis non privatur. Hæc Doctor Bellus Deſcriptio ex obſervatione Belli. Natalis.

Pergra-

Pergratum verò me facturum arbitror, qui hæc legerit, ſi facta mentione Honorii Belli, addidero nonnullas plantas inſignes, ab eo obſervatas, miſſasq; è Cydonia Cretæ, quarum deſcriptiones aliquot leguntur ad calcem Rariorum Plantarum C. Cluſii Viri clariſſimi: quædam verò literis, ad amicos miſſis, deſcriptæ ab eodem fuerunt. Eas ego hic apponam, ut quisque apud ſuos eicones legere poſſit,

Arachidna

Digitized by Google

Arachidna Cretica,an potius Aracoydes Theoph: verè ἀμφικάρπα Honorii Belli : cum ſuis fructibus inferno ſ. & ſuperno. Hæ mihi ex ſemine inferiori creſcit, & in hoc obſervavi,& unica radice duos diverſos cauliculos, ex folia oriri, ſicuti ex hac appoſita figura unicuiq; cernere eſt.



D

Digitized by Google

Lib. 1. cap. 9. de Hiſt. plantag.

Primo alimẽt. facult. cap. 27.

Lib. 8. cap. 8.

Arachidnam Creticam,aut potius Aracoydem voco ex ſimilitudine,quam cũ Aracis habet,& licet Theophraſtus,Arachidnam,aut id quod Araco ſimile eſt, foliis carere affirmat, tamen, textũ corruptum eſſe, meritò cenſendum eſt,ut ſimilitudo hæc ſit,aut floris, aut fructus,aut foliorum: Aracus verò duplex, ut auctoribus habetur unum Latyro ſimilis,qui inter Lentes naſcitur, & græcè per κ ſcribitur; alter vero per χ, teſte Galeno, ſilveſtre quoddam ſemen rotundum,ac durum,Ervoq; exilius: quod & Theophraſtus affirmat, aſſerens,quod Aracus in Lente oritur res ſcabra, & dura. Cum autem planta noſtra,caule,foliis,& lobis, quos ſub terra producit,ſimilis ſit Lenti,ſemenq; durum,& Araco nõ diſſimile ferat, Orobo, Latyroq; minori,fructumq; ſub terra juxta radices gerat,& aliũ,in lobis Vicię ſimilibus in cauliculis ſupra terram, meritò Aracoydes dicenda videtur,& ea Theophraſti verba, ſ. quòd folia non ferat, ad Arachidnam Ægyptiam potius referenda videntur, quàm Aracoydi: noſtraq. hoc modo,à me deſcribitur.

Deſcriptio Arachidnæ.

Herba eſt,Dodrantalis, folia leguminoſa profert,Lenti, ac Viciæ ſimilia,minora tamẽ,aliquantulum obtuſa,viticulis tenuibus in fine foliorum, cauliculos plures dodrantales habens, in quibus flores purpurei, Viciæ ſimiles, radices pro ratione plantæ ſatis longæ,tenues, quibus inhærent quædam fibræ longæ, ſuſtinentes quaſdam ſiliquas lenticulæ ſimiles, ſub terra, in quibus invenitur ſemen rotundum multicolorum: nam in una ſiliqua nigerrimum eſt,in altera verò non nigrum,ſed Orobo ſimile,& in alia verſicoloris eſt,in aliquibus unum,in nonnullis verò duo reperiuntur. At in caule ſiliquas parvas profert, Viciæ ſimiles, nigerrimũ ſemen continens, rotundũm,durum ſingulis quatuor,quinquéve grana continentur: cũ maturum eſt,ſiliquæ ſcindũtur,& invertuntur,ſemina,quæ in terrã decidunt,& ſemen,quod in ſiliquis ſupra terram cõtinetur,ſemper nigrum invenitur, & ſimili ſemini nigro, quod in radicibus inhæret, neque varium, aut album obſervavi: quemadmodum eſt aliquod eorum,quod juxta radices ſub terra profert,à ruſticis ἀγριόφακα, ſ. agreſtis Lens vocatur: inter ſegetes,& legumina invenitur,negligiturq; Hæc Bellus.

Lucea

Lutea maxima Cretica, Belli.



Lutea Cretica maxima planta eſt, pulcherrima, neminiq; cognita, ea enim uno tantum hoc loco invenitur, qui vocatur ἀφιδόριμα, tertio ab Vrbe lapide inter mõtes, naſcitur in aquis, & locis humentibus, ibi etiam rivulus quidam è fonte ſcatutit, qui per anguſtam vallem diſcurrit, in quo invenitur: & etiam juxta ejus ripas: an alibi

Digitized by Google

Deſcriptio. naſcatur, ignoro: radicem maximam profert, lignoſam, in multas partes diviſam, craſſo, & luteo cortice veſtitam: ſtolones plures ab una radice naſcuntur, brachiali craſſitudine, quinque, ſex, uſque ad decem cubita attolluntur, qui hieme pereunt: folia fert magna pinnata, ex multis foliis magnis conſtantia, longis, ſerratis, ut Canabis, unum contra aliud, ſed non ordinatim, ut illud; quod in fine eſt, non unico, ſed ex duobus, aut tribus à natura formatum eſt: ſtolones ſexquicubitum abſque foliis nudi cernuntur, & prima folia majora ſunt, & abſque pediculis: trunco inhærent non ordinatè, unum contra aliud, ſed abſque ordine undique truncum ambiunt, & folia ſenſim pediculos majores acquirunt, ita ut eorum, quæ in medio caule ſunt, pediculi, ſpitamam longitudine ſuperant: trunci pars ſuprema in maximam ſpicam deſinit, duos, & amplius cubitos longam, quibuſdam vaſculis lōgis, & anguſtis, denſiſq; conflatam, ſimilibus eis, quos Rheſeda vulgaris profert, tenuiſſimo, longiuſculoq; ſemine plenis, ad ruffum tendente, flores minimi, in viridi palleſcunt; ramos non profert, ſed in cavitatibus alarum ſ. ubi pediculi foliorum ſinguli trunco junguntur, duo, aut tres, quatuorvè ſpicæ abſque pediculis naſcuntur, eiſdem vaſculis confectæ, cubitum lōgæ quibuſdam foliolis anguſtis, ut Linariæ digitum longis undique veſtiuntur, in ſemiarumque flectuntur, quemadmodum & ea, quæ in cuſpide eſt, aliquantulum flectitur, eiſdemq; foliolis anguſtis, ſed majoribus ornatur, ſpicarum color fulvus cernitur, at folia viridis & ſplendens parte ſuperna eſt: procul intuentibus Cannabis planta videtur. tota


Sapor. herba, & radix ita amara eſt, ut Aloëm, & Colocynthidim (meo judicio) amaritudine ſuperet; colore luteo inficit autumno, ideò lu-

Nominis cauſa. team vocavi: Antiquis ignotam puto, & nemini adhuc cognitam:

Planta hæc inventa fuit à Silverio Todeſchini Pharmacopæo, plantarum cognitione peritiſſimo, qui eam mihi primus oſtendit. Hæc Bellus.

Cichorium

Cichorium ſpinoſum Creticum, Belli.



Cichorium ſpinoſum frutex eſt in maritimis proveniens, ſecusq; collibus, & arenoſis locis: folia ferens cichoracea, profundè diviſa, craſſiora tamen, & minora, magiſque amara, quàm Cichorii vulgaris: caules dodrantales, albos, in orbem diffuſos, crebris albis Ex Epiſt: Ant. Belli, ad Cluſium. Natales. Deſcriptio.

Digitized by Google

ſpinis ſcatentes, erinaceum quemadmodum Echinopodo totâ facie repreſentans: flores inter Spinas, figura Cichorio ſimiles profert, colore cyaneos: quibus ſuccedunt ſemina Cichorij: radice firmatur ſingulari, magnâ ut Cichorium recens ſemina nata, antequam in caulem abeat, in acetariis manditur, ſed durior, & amarior eſt Cichorio. vocatur vulgò, σταμνάγκαθι, hoc eſt, Hydriæ Spina, quia vulgariter in tota Cretâ fictilibus hydrijs utuntur, ad hauriendũ aquam è fontibus, quas hac herba obturant, ne mures aliũdve animal intus penetrare poſſit, videtur enim ad hoc munus iſta planta à natura formata: nam ſemper rotunda figura continetur. Hydria vulgò dicitur σταμνὶ & ἀγκάθι, Spinam ſignificat, nomine ab ἄκανθα, corrupto vocabulo: quibuſdam Inſulæ locis dicitur ῥαδικοστίβιδα, hoc eſt, radichium, Stividam, ob ſimilitudinem quam cum Cichorio habet, quod in Græcia vulgariter ῥαδίκιο vocatur, & Stœbe, quæ dicitur στίβιδα. Huius uſus in defectu Cichorij.

Nominis cauſa.

Vſus in Creta.

Hucuſque Bellus.

Tragium

Tragium legitimum Veterum, ab ipſo Bello, effigiatum.

Androſæmum fœtidum Caſp. Bauhini.



Frutex eſt rectus, aſpectu pulcher, ad tria nõnunquã, & quinq; cubita aſſurgẽs, brachiali interdũ craſſitudine, perpetuò virens, folia fe- Ex Epiſt. 111. Belli ad Cluſium Deſcriptum

rens

rens Glycyrrhizæ, aut Terebinthi, læto virore prædita, flores in umbellis luteos, Hyperico ſimiles, ſed quadruplo maiores, multis ſtaminibus luteis, longis plenos: quibus ſuccedunt capitula oblonga, rotunda, Terebintho fructui æqualia, tenuiſſimo ſemine referta, quæ à planta non decidunt, ſed ei perpetuò inhærent: cortex ligni ad ruffum tendit, æſtateque reſinam fundit, ſed paucam. ſecus fontes, & rivulos provenit, nec alibi invenitur. Tota planta ita hircinum virus olet, ut longiùs percipi poſſit: vocatur à ruſticis νερόικτο. Sed quoniam Dioſcorides Tragium, fructum, folia, & virgas Lentiſco ſimilia proferre ſcribit, verùm minora omnia: mendum inesse & ex Plinio Nat. Hiſt. convinci poteſt, qui Tragio fruticem Terebintho, non Lentiſco ſimilem tribuit: Guilandiniquè opinionem probo, legentis μακρότερα non μικρότερα. Quod verò Diptamnum album vulgò, hirci odorem non ſpirat, ſed gravem, neque in tota Creta id invenitur. Vniverſam enim inſulam ipſe luſtravi, diligentiſſimèque Tragium perquiſivi, nullo labori parcens, ſed fruſtra: nullum ullum aliud Tragii genus invenire potui, quàm illud: nec etiam ullum comperi, qui Diptamnum album in hac inſula vidiſſet. Differt hæc arbuſcula à Ruta ſylveſtri Dodonæi: quoniam hæc arboris in morem excreſcit, non autem herba eſt, nec ſatura viriditate nigricat, ſed lætè viret, non lanuginis in foliis habet, non ſanguinis æmulum ſuccum reddit, neque eius ſemina reſinam olent, ſed hircum, quemadmodum, & folia: unde hanc Tragium eſſe, jure exiſtimari poteſt.

Lib. 13. cap. 21.

Odor

Hucuſque Bellus.

Scordotis Plinij legitimum, Belli.



Scordotis ſolia tomentoſa, Marrubio Mentaſtroq́ue ſimilia pro-ſert, per terram in orbem diffunditur, multis ramis è radice, quæ magna & perennis eſt, prodeuntibus, quadrangulis, tomento albo obſitis, ut marrubium, in quorũ ſummitatibus flores marrubii albi

Ex Epiſt. 1 Belli, ad Cluſium.

Deſcriptio.

Natales. in quadam magna, & denſa ſpica hærent, quibus ſuccedit ſemen nigrum: tota plāta major & craſſior eſt Scordio vulgari. Naſcitur ubique inter ſaxa, ſecus vias, & in marginibus agrorum: allij odorem, ut Scordum, refert, & in tota ferè Creta ſeplaſiarij, pro Scordio promiſcuè hac herba utuntur. Hanc herbam legitimam Scordotim Plinij eſſe aſſero: nam rectiſſimè deſcriptioni ipſius quadrat, & fortaſſe nemini adhuc cognita eſt, licet iam octo, aut novem abhinc annis, ſemina Vicetiam, Pataviumque miſerim. Lobelius, Pena, & Dalecampius, pro Scordoti, Stachin Dioſcoridis, Salviam ſilveſtrem, & Gallitricum officinarum deſcribunt, quæ quidem ſtirpes omnes nothæ, ſpuriæque: nam neque allij odorem ſpirant, neque viribus à Plinio attributis reſpondent. Scordotis, inquit ipſe, miſcetur antidotis: tuſſi, miſto Naſturtio, & reſina cum melle tuſa, & arida, opitulatur, facit & per ſe faciles excreationes, ſtomachũ corroborat ejus ſuccus, ſiſtit alvum recentis drachma cum vino trita, vel decocta pota, vetuſta vulnera cũ melle purgat, farina ejus carnes excreſcentes per ſe inſperſa conſumit, menſes, & ſudores provocat, pota, & illita, partus accelerat, pota drachma ſucci in aqua mulſa cyathis quatuor, venenis, magicisque incantationibus adverſatur.


Vires.

Hæc Bellus.

Ιεραζύνη.

Ἱεραζύνι, ſeu Hieranzuni Cretica, Belli.

Lotus Cretica Caſp. Bauhini.



Ἱεραζύνι, Trifolij, aut Loti genus, eſt, edule: in foro enim eius ſiliquæ antequam dureſcere incipiat, venales reperiuntur, à pueris, fœminis

Ex Epiſt. v. Belli ad Cluſium. Vſus.

Digitized by Google

Deſcriptio. fœminis libentiſſimè eduntur, ſuccoſa ſunt, & dulces, piſis recentis guſtu: multos tenues caules à radice profert folia trifolii anguſta, craſſiuſcula, aliquantulum mucronata, terna ſemper ſimul coniuncta, flores luteos piſi, quibus ſuccedunt ſiliquæ rotundæ, falNatales. catæ, ac pro ratione plantæ, magnæ: inter ſegetes invenitur, & in marginibus agrorum frequentiſſimè, herbaque omnibus in Creta nota eſt, Hactenus Bellus.

Icon

Digitized by Google

Icon legitima Glandæ Unguentariæ, deſumptum ex planta in Cydonia Cretæ, à Clariſſimo V. Belli ſpeciminis gratia.



Digitized by Google

Petromarula, ſeu Lactuca petræa Cretica, Belli.



Ex Epiſt. 1. Belli, ad Cluſium.

Petromarula, Cretica planta eſt, & nuſquam alibi (quod ſciam) ſponte provenit: folia profert cichoracea, magna, profundè inciſa, in orbem diffuſa, ſaturè virentia, infernè ſplendentia, ad purpuram aliquanto tendentia, ut Cyclaminus lævia: cùm autē ſemina nata pro-

Deſcriptio.

dit, pri-

dit, prima ejus folia nigra Violæ foliis ſimillima ſunt, rotunda, &, aut nihil, aut parum duntaxat ſerrata: cauliculos autem multos habet, rotundos, ſtriatos, cubitales, quibus innaſcuntur flores, copioſiſſimi, purpurei, Hyacinthi orietalis florum æmuli, denſè compacti, ut ſpicam, eamque magnam referre videatur: quibus ſuccedunt ſemina minutiſſima: radice firmatur magna, alba, in alas diffuſa, eduli, ſapore Rapunculi radicem imitante. Tota planta lacte abundat: provenit ubique in arvorum marginibus ſecus vias, læto ſolo, inter ſaxa, & ſuper parietes. Floret Vere, & æstatis principio Majoque, aut Iunio areſcit tota, præter radicem, quæ Octobri menſe folia proferre incipit, & viret tota hieme. Vocatur vulgò πετρομάρουλα hoc eſt petræa Lactuca, licet cum Lactucis nihil aliud commune habeat, quàm cum lacte abundat. Radix manducata, tum etiam caulis adhuc tener, Venerem ſtimulare vulgò creditur: & ideo nomine obſcæno πετροκαυλὶ vocatur. Hæc Bellus.

Rapunculi genus videtur.

Natales.

Tempus.

Vires.

Coria

Coris legitima Dioſcoridis, Bello.



Ex Epiſt. I. Belli, ad Cluſium. Locus.

Coris legitima, Ericæ ſimilis, provenit lætis collibus ſatis frequens, in omnibus rectiſſimè Dioſcoridis Hiſt. cõveniens, niſi quòd frutex eſt, multos annos durans, perpetuoque virens: & ſi pingui ſolo oriatur, ad ſeſquicubitalem altitudinem aſſurgit. Bellonius tri-

buit

buit Cori radicem ingratiſſimi ſaporis, quod minimè verum eſt: unde facilè ſuſpicor, ipſum legitimam Corim non vidiſſe, ſed aliam ſtirpem, quæ vulgò appellatur ἀγούδαρο, meoque iudicio Aſcyrum legitimum eſt. Nam fruticoſus eſt, Hyperico majores habens ramos, rubentes, in multas alas diviſos, folia longa, flores luteos, Hyperico ſimillimos, quibus attritis, digiti cruentantur: ſemina reſinoſa ut Hypericum profert; radice nititur ſatis firma, eaque ingratiſſimi ſaporis: Legitima autem Coris vocatur ὀρπιλόχορτο, hoc eſt, herba Orpilo. Hactenus Bellus.

Galaſtivida prima Cretica, Belli.



Ex Epiſt. III. & IV Belli, ad Cluſium.

Deſcriptio.

Galaſtivida cuius ſemina aliàs miſi, radicem habet multifidam, lignoſam, firmam, multos caules coniunctim proferens, in orbem, diffunditur, & latè fruticat, pedem altitudine non excedens, caules albi ſunt, crebris, firmiſque ſpinis præditi: inter quos folia Leucoij albi,

albi folijs ſimilia, licet minora, & quadam lanugine obſita: flores Verbaſco, aut Blattariæ ſimiles, albi, paululum ad flavum tendentes, in quorum medio ſtamina quædam purpurea: floribus ſuccedunt exiles ſiliquæ, rotundæ, tenuiſſimum ſemen continentes: oritur enim in parte auſtrali inſulæ, quæ quinquaginta milliaribus diſtat à Cydonia. (Natales.) Ruſtici ad ſtruendum ignem, calefaciendasque fornaces eà utuntur: (Vſus in Creta.) ob ſimilitudinem verò ſpinarum, quam cum Stœbe habet, & album colorem, Galam ſtividam nuncupant, non quòd lac emittat. (Gala ſtivida altera Cretica.) Sed & alia eſt planta ex Tity mali genere, hoc nomine donata, quæ ſpinas, ut hæc profert, luteos flores, folia parva rotunda, lac copioſum effundens, radice (*ſi rectè memini*) carnoſa: cuius hiſtoriam aliàs dabo.

Hactenus Bellus.

F ij

Arcturus Creticus, Belli.



Ex Epiſt. 1. Belli, ad Cluſium.

Deſcriptio.

Elegantis plantæ, quam Arcturum Creticum voco, licet legitimus non ſit, nam neque rotunda folia habet, neque Cymino ſemen ſimile: ſed folia ſerrata profert, Betonicæ, & Verbaſco ſimilia, minora verò,

Digitized by Google

nora verò, & tota lanugine quadam, ut Æthiopidis folia, operta: cauliculi inſunt recti, floribus luteis, Verbaſco, aut Blatariæ ſimilibus onuſti: quibus ſuccedunt pillulæ rotundæ, parvæ, Blatariæ ſimiles, in quibus ſemina parva continentur: provenit inter ſaxa. & ſuper parietes, Nomine caret.

Hæc Bellus.

Digitized by Google

Daucus III. Belli.



Ex Epiſt. I. Belli ad Cluſium.
Deſcriptio.

Daucus tertius folia fert Coriandri, ſed minora & craſſa aliquantulum. profert caulem ſeſquicubitalis longitudinis, flores luteos in umbellis ut Anetum, ſemenque Cumini: Vere manduntur radices, & folia.

& ſolia,quæ aromatici guſtus ſunt. Vulgò appellant κορωνοπόδι, quod Cornicis pedem ſignificat. Hæc Bellus.

Bellus, Vir excellentiſſimus legitimam Cynocrambem, dum in Creta commoraretur,ſua manu delineavit appoſita hac inſcriptione:

Cynocrambe legitima.

Sed de iſta nulla alia prorſus mentione factâ, neque iſtius hiſtoria commemorata,pauca hæc duntaxat ſub hujus effigie appoſuit.



Cynocrambe

Cynocrambe legitima.



Traductio Marcelli, & Hermolai melius quadrat: qui dicunt ſe-
men iuxta folia, non foliis adhærens: ut Ruellius. Hæc Bellus.

Nardus Cretica, Belli.



Nardus Cretica herba eſt Valerianæ ſimillima, odore, caule, flore, & forſitan etiam ſemine, quod longiuſculum; & depreſſum eſt, figura ad Lini ſemen accedens, & in Pappum deſinens: folia prima herbacei ſunt coloris, rotunda, ut Aſari eſſe videantur, interdum majora, craſſa, ſucciplena, quæ deinde ſubſequuntur paulo longio-

Ex Epiſt. 4. Belli ad Cluſium.

Deſcriptio.

ra ſunt, & nonnihil inciſa, quibus alia magis ſecta ſuccedunt. & ſimiliter alia, ut tandem ultima, ante quàm caulis emergat. Valerianæ majoris folia rectiſſimè æmulentur. Caulem Valerianæ perſimilem habet, concavum, ad ſeſquicubitalem altitudinem aſſurgentẽ, quam bina folia Valerianæ diviſura utrinque per intervalla ambiunt: flores albos in umbellis Valerianæ ſimiles, majores aliquantulum, odoratos: radicem tuberoſam, ex primaria enim, cui caulis nititur, minimiq; digiti eſt craſſitudine, & longitudine, tenues quædam radices per terrã ſparguntur, quibus aliæ tuberoſæ adnexæ, ut in Filipendulæ radicibus,

Odor. Nardi odorem referentes: tota hieme viret, &

Tempus. novo Vere caulem emittit, qui Aprili, aut Majo marceſcit, & exſiccatur: tota autẽ æſtate radices ſub terrâ latent. & Autumno primis imbribus germinare incipiunt.

Natales. Oritur humentibus collium locis, inveniturque inter ſaxa. Ad Nardi genus accedere videtur, Antiquis forte ignotum. Nã licet Galenus lib. 9. de compoſit. medic. ſecundum locos cap. 4. dum Philonis Tarſenſis medicamentum exponit, Nardi Creticæ meminerit, tamen præter nudum nomen, nihil aliud de Nardo Cretica apud ipſũ legere memini. Plinius verò lib. 12. cap. 12. Nardi genera enumerans, Creticũ recenſet, quod à nonnullis agrium,

ba ab alijs Phu appellari ſcribit, folio Oluſatri, caule cubitali, geniculato, in purpurâ albicante, radice obliquâ, villoſâ, imitante aviũ pedes: quæ quidem deſcriptio, non huic noſtræ Nardo, ſed Valerianæ, ſive Phu, à Dioſcoride deſcripto, quadrat, licet nullã floris Narciſſo ſimilis mentionem faciat, ut Dioſcorides. Dalecampius autem Annotationibus in Plinium ad calcem cap. 12. legendum cenſet in græco Dioſcoridis textu ἄνθη πρὸς τὰ τοῦ κισσοῦ, quod optimè convenire ait colori, & figuræ. Non me latet, nonnullos legiſſe ἄνθη πρὸς τὰ τοῦ ναρδοῦ, aliquos etiam πρὸς τὰ τοῦ νάρθηκος. ſed ultimæ lectiones minimè placent. Quocumque tamen modo legatur deſcriptio, noſtræ hujus plantæ convenire non videtur: nam radices repugnant. Hoc tantùm addam, in hac Inſula, Nardũ frequenter inveniri: Valerianam autem minimã frequentius, ubique enim oritur: aliæ verò ſpecies admodum raræ ſunt. Hactenus Bellus.

Hiſce ſuperioribus deſcriptis, quòd eſſent plantæ, quas præcipuè obſervarat Bellus, addere etiam volui, Ebenum Creticum, quod delineatum, & deſcriptũ ab eodem fuit, dum in Creta vitam ageret.

Ebenus

Digitized by Google

Ebenus Cretica Belli.
ſive ΑΡΧΟΝΤΟΞΙΑΟ.



Ebenus Cretica (quam aliàs Bellus Excellentiſſimus Cytiſum Creticum putavit) frutex eſt totus obliquus ad quatuor, aut quinque cubitorum altitudinem aſſurgens, folia profert trifolij æmula, quæ interdum in uno pediculo ſunt terna, interdum Ex Epiſt. 1. & 4. Belli, ad Cluſium. Deſcriptio.

quaterna, & quina (quod obſervatum fuit ab ipſo Bello, in Epiſtola ad Cluſium, ubi de ligno Rhodio ſcribit, pagina CCCIX.) flores trifolij maioris profert, grandiores tamen, rubros, in quibus intermixti ſunt albi quidam villi, qui Struthiocameli pennas, easque in minutiſſimas partes diviſas, æmulantur: ea ratione flos elegantiſſimus apparet, videtur enim ex purpura, & argento quodammodo à natura formatus. ſemen profert ſicuti trifolium: materies ligni nigra, duriſſimaque eſt, cortex cinereus, & totus profundis ſciſſuris plenus. Oritur ubique in aſperrimis collium locis & præcipitijs, vocaturq; vulgo ἀρχοντόξυλο, quod nobile lignũ ſonat. Hactenus Bellus.

Natales.

Sed jam abundè ſatis diximus de Viridarijs Nicleſolijs, & de Bellianis plantis. Flumen jam nunc trajiciamus, hic ſanè rapidiſſimũ, & aliqua in parte vorticoſum, vel flexuoſum, & ſic incedendo relinquimus Atheſim, & Clauſam, Arcem illam loci naturæ inexpugnabilem, ſitam in faucibus montium, nobis appellatum, la Chiuſa, nam cùm olim montis ſoliditate integri tutiſſimo, lapidoſoque parieti Atheſis clauderetur, atque aliò, non autem Veronam perflueret, mons hominum arte, manuque apertus fuit, parte illa, quæ alveo recta opponitur, integra relicta, quam ita violenter ipſæ aquæ labentes feriunt, & ab obice montis rejectæ tanto impetu relabantur, ut rates, quibus merces utriuſque Germaniæ advehuntur Venetias, Veronam, & alias in civitates, quandoque omnino ibi ſubmergantur, ſemper tamen pars anterior in altum per ipſum montem aſcendat, poſterior autem aquis immergatur, quò fit, ut in ea parte morantes cum aliorum riſu, nec ſuo ſine periculo ad genua uſque madeſcant: converſum interim flumen ad dexteram adlabitur, ac denuò reconverſum tortuosè, anguloſeque ipſum pervium, ac arte factum os ingreditur, ac ſine impedimento perlabitur. Per hanc Arcem perpetuo præſidio Sereniſſimi Veneti Senatus cuſtoditam, & per callem hunc, montibus adhærentem partim arte, partim natura extructum, iter fit in ipſam Germaniam. In via iſta invenitur,

Pſyllium, frequentiſſimum.

Ægylops, Lobelij, & prima Matthioli.

Alcea vulgaris.

Alcea Veneta, Tragi: Alcea peregrina ſoliſequia, Lobelij: ſecundũ aliquos, Veſicaria Cordi: à Matthiolo, pro Hipecoo exhibita.

Bryonia.

Digitized by Google

Bryonia.
Phyteuma quorundam,Dalecampio: frequentiſſima.
Perſoliata rubra quorundam, Geſnero: Tamecnemon,Cordi: Vaccaria,Dodonæi.
Dorycnium Rondeletii,Lobelii,& Penæ.
Terebinthus: frequentiſſimus.
Mahaleb, Geſneri,& Matthioli
Leucorion ſylveſtre Pannonicum,Cluſii?
Lycium Italicum,Matthioli: an infectoria ſpina altera Cluſii?
Lolium Fuchſii: Githago,Tragi: Nigellaſtrum,Dodonæi: à quibuſdam PſeudoMelanthium,& Lychnoides ſegetum.
Clematis altera,Matthioli.
Campanula aruenſis minima,Dodonæi:quam ipſe olim pro vera Onobrichi de exhibebat.
Gladiolus vulgaris.
Galega,ſeu Ruta Capraria,Vulgò:à Clariſſimo philoſopho,& celeberrimo Medico,& Poëta, Hieronymo Fracaſtorio,Onobrichis dicta: à quibuſdam Italis, Lavaneſe.
Irio, ſeu Eryſimum.
Lycopſis Loniceri: ſylveſtris Bugloſſi congener.
Vvularia, Tragi: Cervicaria,& Trachelium multorum: quibuſdam Archangelica.
Rheſeda Plinii, ſecundum aliquos: dubitat an Cantabrica Plinii, Lobelius: ab Italis,Eruca peregrina vocata.
Dentellaria,Geſneri: Dodonæus,Erygerum I V. facit: Lobelius,& Pena,pro minima Conyza exhibet: Matthiolus pro minore Conyza pingit: & Pſyllium, à Cordo.
Veronica fœmina Fuchſii, & Matthioli: Lobelius verò, pro vera Elatine Dioſcoridis,pingit.
Lamium,Plinii: ſeu iners,& mortua Vrtica.
Lamium, ſive Archangelica, flore albo,Lobelii: & (ut ipſe vocat) perperam Galeopſis Herbariorum,Matthioli,& Lacunæ.
Perfoliata, Dodonæi.
Drypis,multorum.
Fraxinus.
Populus Lybica,Nigra,& Leuca.

Digitized by Google

Prunum ſylveſtre,ex quo fit Acacia vulgaris.

Lyguſtrum vulgare: à nonnullis Cyprum vocatur: ſeu Phillyrea, Dodonæi.

Phalangium ramoſum,Lobelii,

Fuſanum noſtrum: Evonymus Theophraſti,Lobelio: Tragus, pro Carpine Theophraſti,proponit: Cordus verò, Anonymon vocat.

Lotus arbor,Dioſcoridis: à noſtris autem,Perlaro vocatur.

Frumentone noſtrum,ſeu Theophraſti Eryſimū, Lobelii: vel Ocymum Veterum,Tragi: à quibuſdam Lampſana vocatum: hic copioſiſſimè colitur.

Melampyrum Theophraſti,Cordo,Trago,& Dodonæo: ſeu Vaccinum Triticum: à Cluſio, Parietaria ſylveſtris Pannonica tertia: Alopecuros Plinii,Lobelio: & Stolephuros Plinii, quibuſdam,

Telephium Dioſcoridis,Anguillario: & Guilandino: Scorpioides, Matthioli: ſeu Telephium Cratevæ,Lobelio.

Braſſica campeſtris,Cluſii; & Perfoliata ſiliquoſa, Anglorum.

Cariophyllata vulgaris,an (ut inquit Lobelius) Geum Plinii? à quibuſdam Chriſogonum,Dioſcoridis.

Rapunculus ſylveſtris,cæruleo flore: ſeu ſylveſtris,Tragi: Dodonæus,Rapum ſylveſtre facit.

Ocymaſtrum,Fuchſii: Ocymum ſylveſtre, ſeu Acinos,Dodonæi; à Pena,pro Clynopodio vulgari odore Pulegii exhibitum: Tragus, Calamintham montanam facit,ſed malè, nam Calamintha mõtana vera ab iſta diverſiſſima eſt,ut infra adnotavimus.

Lappa agreſtis,Tragi; à Lobelio,Caucalis albo flore vocata.

Aſter Dioſcoridis, Lobelii: alter Matthiolo: Bubonium Galeni, Dodonæo.

Aſter primus Matthioli,ſeu Amellus Virgilii.

Calcitrapa candida,Cordi: Chamæmellum eranthemum, Fuchſii: Conſolida regalis quorundam,flore albo,& Cœruleo.

Ruta canina,Recentiorum: ȧn III.Scrophularia,Dodonæi?

Galium floribus albis.

Poſtea verò ingredimur Pagum Caprinum,nobilem, valde feracem,pluribus fructibus ſcatentem, & nobilibus habitationibus exornatum:

Hic obſervatur:

Aſplenum,Dioſcoridis:Ceterach,Arabum.

Poly-

Polytrichum, utrumque.
Phyllitis, Dioſcoridis.
Hydropiper, Dioſcoridis, ſeu Perſicaria non mitifolia: perperam Cratæogonum, Cordi, aliqui vocant.
Hydropiper, Ruellij: ſeu Hepatorium Cannabinum vulgò: perperam Hepatorium Avicennæ, creditum.
Hydropiper alterum Herbariorum, Dalecampio: à quibuſdam, Chryſanthæmum.
Androſæmum, Matthioli, Penæ, & Lobelij.
Aſcyrum, Matthioli, & multorum.
Lyſimachia altera, Matthioli: ſeu (ut Lobelius inquit) Lyſimachia purpurea, an verò Pliniana?
Numularia Recentiorum: an (ut inquit ipſe Lobelius) Ereſtedanum, Theophraſti? à Cæſalpino, Boriſſa dicta.
Artemiſia major, ſeu vulgaris.
Centauroides, vel Lymneſium, Cordi: fortè (ut inquit Anguillara) Papaver ſpumeum: à vulgo Gratiola, & Gratia dei, vocata.
Anagallis uterque, terreſtris, & aquatica.
Symphitum majus floribus albis, & purpureis.
Symphitum medium, & minus.
Solanum Halicacabum, Dioſcoridis.
Hedera terreſtris, Matthioli.
Hærmodactylus, ſeu Colchicum non venenatũ officinarum: quorundam, Narciſſus Virgilij.
Ophyogloſſum Fuchſij, ſeu Enophyllon: à Cordo Lingua vulneraria: Ligulacam Plinij, Geſnerus autumat: à quibuſdam, Ceratia Plinij, Luciola etiam, ac Argentina nuncupata.
Geniſtella infectoria vulgatiſſima: an (ut Lobelius inquit) Lutea Plinij? à Trago perperam, pro Ferula propoſita.
Potentilla minor, ſeu Argemone quorundam.
Vitis ſylveſtris, Matthioli: an (ut idẽ Lobelius inquit) Melottô Theophraſti? ſeu Cyclaminus altera; à Dodonæo: Siliquaſtrum Plinij, Guilandino: à quibuſdam, Circea, & Dulcisamara vocatur.
Chryſanthemum Damocratis, Fuchſio: Ranunculus verticillatus Apuleij.
Perſicaria puſilla, Lobelij.
Cirſium, Matthioli.

Centau-

Digitized by Google

Centaurium luteum, vel Citrium Meſuæi.
Vrtica Heraclea, Tragi: falsò Scorodonia Cordi, à quibuſdam credita: nam Scorodonia ab ipſo Cordo exhibita, alia planta non eſt, quàm Salvia ſylveſtris, Tragi; & Sphacelus, Dodenæi.
Dryopteris: frequentiſſima.
Caſſuta, Plinii: Linodeſmum, Geſneri: vel Cuſcuta vulgò officinarum: quidam Orobanchem vocant.
Oxyacantha, Fuchsii: perperam Berberis multorum.
Cicuta vera.
Oxyacantha Dioſcoridis, & Matthioli: quæ eſt Berberis genuina Arabum: à Trago, Cynosbatos: à Cordo, Sorbus aculeata: Spina appendix Plinii, à Geſnero.
Siliqua ſylveſtris, Cluſii: an (ut Lobelius inquit) Cerſis Theophraſti? eſt illa commentitia Acacia prima, à Matthiolo picta.
Condrilla major, Dodonæi: & Loniceri: ſeu Apate, Dalecampii, & Lugdunenſium.
Peryclimenum Dioſcoridis.
Peryclimenum rectum, Cluſii.
Xanthium, ſeu Strumaria
Caucalis, Matthioli.
Tuſſilago, ſeu Bechion, vel Farſara.
Equiſeti ſpecies.
Phu parvum, ſeu paluſtre.
Acer Monſpeſulanum.
Erica major floribus purpuraſcentibus, Lobelii: ſeu Erica, Cluſii.
Gramen hyrſutum, fortè Gramen Leucantheum, Dalecampii: à quibuſdam, Combretum Plinii, dictum
Circea Lutetiana.
Ornala III. Dodonæi: ſeu Colus Jovis, vel Galeoptis lutea, ſeu Horminum ſylveſtre, quorundam.
Colutea ſcorpioides, Recentiorum.
Cytiſus Hiſpanicus alter, Cluſii.
Item, & IV. ejuſdem.
Cytiſus albus ſylveſtris, Cluſii: an Cytiſus, Geſneri?
Valeriana rubra, Dodonæi, & Ocymaſtrũ Valerianthõ: an (ut inquit Lobelius,) Condurdum Plinii? fortè Narciſſus Virgilii: & Columellæ

mellæ; Struthion ab Excellentiſſimo Aldrovando: & à quibuſdam Ben rubrum creditum.

Aria Theophraſti, Dalecampio.

Phyteuma, Matthioli: à Lobelio, Campanula perſicifolia, vel quæ Iaſone à Theophraſto credita.

Daphnoide, Matthioli, ſeu Laureola.

Digitalis lutea parva.

Viburnum, Matthioli: Lantana vulgò.

Iacea montana Narbonenſis, Lobelio.

Anemone tenuifolia, Cordi: Cranthemum, Geſneri, & Dodonæi: Matthiolus, Adonis florē nuncupat: Lobelius, φλὸξ, id eſt Phlox Theophraſti, autumat: Saxones, Oculus Diaboli vocant.

Orobus Venetus primus, & alter, Cluſij, ſeu purpureo, & albo flore.

Galeopſis, Dioſcoridis. Cujus radices, quia albo Helleboro perſimiles ſunt, hactenus pro ipſo Helleboro in officinis perperā exhibitæ ſunt. Hujus effigies à nullo certiùs relata eſt, quàm ab Excellentiſſimo Camerario, in Epitome Matthioli.

Geniſtella aculeata: fortè Vlex Plinij, Lobelio.

Pneumonanthe, Cordi: Gentianæ minoris ſpecies: à Dodonæo, Viola Calathiana, dicta.

Geranium Batrachioides, Dodonæi: vel gratia Dei Germanorum, Lobelij.

Chamæciſtus. 3. Pannonius, Cluſij.

Hyſſopus officinarum, vel potiùs Thymbræ ſpecies.

Anonymos linifolio, Cluſij.

Clematis. 3. Matthioli: ſeu Vitis ſylveſtris, Dalecampij.

Ocymoides repens Polygoni folio, Lobelij.

Juniperus minor, ſeu vulgaris.

Taxus: Milos Theophraſti, Lobelio: ſeu σμῖλαξ, Dioſcoridis, & Galeni.

Leuchacantha Monſpellienſium, Dalecampio.

Aſarum, Bacchara in officinis: à nonnullis, Nardus ruſticana vocatur.

Polygala Matthioli, non Dioſcoridis: Aſtragaloidem, Lobelius facit; an potius ad Loti ſpecies referenda eſt?

Lotus ſylveſtris Anguillaræ, & Matthioli: ſeu Trifolium Aſphaltæum, Fuchſij: ſeu odoratum Trifolium, vel ſativa Lotus, Do-

Digitized by Google

donæi: an (ut Lobelius inquit) Melfrugum, Theophraſti? Calamintha montana, & altera Calamintha, Matthioli.

Lampſana, Dodonæi.

Clymenum Plinij, quorundam: Dodonæus, Androſæmum facit, vel alterum Androſæmum, Fuchſij.

Chærephyllum Columellæ, Dodonæo: à Manardo, Myrrhis credita: Oreoſelinum, Anguillaræ: & Cerefolium, & Gingidium, multorum.

Marrubium agreſte, Tragi: ſeu Stachys Dioſcoridis, & Scordotis Plinij, Lobelio.

Herba ſacra quorundam, Dalecampio: ſeu Melliſſophyllon, Tragi, & Cordi: à quibuſdam perperam, Melliſſophillon Fuchſij, putata: nam (ut mihi videtur) Melliſſophyllon Fuchſij, eſt ipſa Calamintha Montana, Lobelij, & Penæ.

Sphondilium, Recentiorum: ſeu Acanthus Germanica.

Serpillum, utrunque.

Polium alterum. Matthioli: à quibuſdam Iva Moſcata.

Anonymos flore Coluteæ, Cluſij, ſive Prior.

Caſtanea, atque Carpini, frequentiſſimi.

Et hæ plantæ, uſque dum aſcendendo pervenimus ad Coronam. Locus Coronæ, eſt in anguſtijs duorum montium, qui conſtant ex ſolido ſaxo, ſemimilliaris altitudinis, ad amuſſim perpendiculariter recti, ac aſpectu horribiles, ſupra Medium ſiniſtri, quorũ exporrecta eſt magna ſaxoſa portio, hortulum penſilem repræſentans, inacceſſibilis, niſi per funem ab altitudine ſuperiori demittaris: aut via hominum induſtriâ parata, aſpera, & difficili circa latus dextri montis deſcendendo, ex hoc ad ſiniſtrum tranſeas per ligneum pontem, valida Tiliæ fœminæ bifurcata fultum, quæ Tilia adeò magna, (divinum profectò) ex vivo ſaxo exoritur, ac alimento, à ſimplici lapide ſuggeſto, nutritur, augetur, ac germinat, pandens ita nobiles illos duos ramos, ut ponti viride tegumentum paret, hinc per arctam ſemitam, in montis latere gradatim excitam, & unicæ perſonæ deſervientem, ſcanditur ad naturale podium, ubi perpulchrum, neque parvum Templum Deiparæ, ſemper Virgini glorioſæ erectum eſt, cunctis non ſolum vicinis pagis, ſed etiam remotioribus oppidis, & Urbibus venerandum, ad quod, præſertim decimo octavo Kal. & ſexto Idus

Idus Septembris turbæ hominum copioſiſſimè confluunt: quod ab Heremita quodam venerabiliter cuſtoditur, quare ab aliquo etiam probo Viro, ſolitudinis cupido, hujuſcemodi apta contemplationi loca initium ſumpſiſſe credibile eſt: hic omnipotenti Deo mentis elevatione aguntur gratiæ, atque divinæ clementiæ, Beatæque Virgini locorũ indagatores ſemetipſos comendant, ſubinde bene cultus hortulus Religioſi hominis inviſitur: iam verò cum ſuperius denuò reditum eſt, in initio deſcenſus conſiſtendo, deorſum proſpicientibus ſeſe offert admodum amœna Vallecula Brentini, agris vitiferis, & optimè cultis inſignita, qui rapido, flexuoſiſſimoq; Atheſi ſumma cum voluptate ſecari conſpiciuntur: in hoc admirabili Coronæ ſitu hæ plantæ vireſcunt,

Corydalis Galeni, Anguillario: ſeu Fumaria. 3. Matthioli, Splic, vel montana Corydalis quibuſdã: an (ut inquit Lobelius) Phragmites Aetii?

Scorzonera latifolia, ſeu Hiſpanica, è rimis tantum ſaxorum erumpens.

Crocodylium, Fuchſii: à Geſnero, Echinopus vocatum: à Cordo, Carduus ſphærocephalus: à Trago, pro vero Chamæleone pictũ: Lobelius verò, Ritro, ſeu Rutro, Theophraſti, autumat: Dodonæus pro ſpina peregrina, pinxit: Spina alba, quorundam: ſeu Sphærocephalus annuus, Camerarii.

Fabaria, ſeu Faba inverſa, vel Craſſula: à Trago, pro Scrophularia exhibita: à quibuſdam, Portulaca major vocata: à Lobelio, Telephium Græcorum putata.

Saxifragia magna, Italorum: frequentiſſima ex ſciſſuris pullulat.

Vbi etiam ex ijſdem rimis prodit Bavarica Saxifragia, primũ ibi locorum obſervata à D. Ioachimo Iuniermano. cujus figura, & deſcriptio hìc apponitur.

Saxifragia Bavarica.



Deſcriptio.

Hæc ut dixi, ex rimis eiuſdem cautis frutificat, ex ſubtili radice, albaque frequentibus cauliculis teretibus, nodoſis, coloris dilutis: ſolijs oblongis, craſſis, atque equali ordine, ſed ad oppoſita latera alternato ſitu bina diſtincta, in quorum ſummitate frequentes flores

lactei

lactei coloris afferunt, quinque foliis compoſitos: quorum in medio quædam ſtaminulæ pallidæ conſpiciuntur. Hujus ſemen planum eſt, coloris nigri ſplendeſcentis. In principio Iunii floret, ejuſque ſemen eodem menſe ad maturitatem pervenit. Planta perennis eſt, prorſusque fabacei ſaporis. Tempus.

Polemonia petræa Juniermani.
Fiſtularia petræa, ſeu Alectorolophos. III. alpina, Cluſii.
Hyſſopus montana.
Parietaria ſylveſtris. I. } Pannnonicæ, Cluſii.
Item ſylveſtris altera,
Saxifragia hircina elegantiſſima, Juniermani.
Epimedium, Lobelii, & Dodonæi: Lunaria media, vel radiata, ſecundum aliquos.
Euphragia altera Dodonæi, & Lobelii.
Cannabis ſylveſtris prima, ejuſdem.
Coniza minor, & media, Matthioli.
Campanula Elæophyllos Juniermani.
Sedum magnum pallido flore.
Phalangium ramoſum, jam dictum.
Colutea Scorpioides: frequentiſſima.
Galeopſis aquatica verticillatis floribus.
Tanacetum non odorum, Lobelii frequentiſſimum.
Androſæmum, Matthioli: frequentiſſimum.
Adhæc, Trachelium majus noſtrum hic pullulat.

Digitized by Google

Trachelium majus petræum.



Deſcriptio.

A radice lignoſa, & rugoſa, colore pallido purpuraſcente exeunt cauliculi multi ſtriati, ſublimati, cubitales, & cum rubore virides: qui inordinatè emittunt folia oblonga crenata, nigricantia, ſua pariter hirſutie communita, parte prona potiſſimum, ubi etiam albicant, & Salviæ folia referunt, magis tamen anguſta, & mucronata, inter

inter quæ parvula quædam foliola prodeunt: in ſummo caule ſunt flores multi, acervatim congeſti, quemadmodũ in umbellata Cervicaria Lobelii, & inferius ex eodem globuli quidam, at minori numero, & inferius magis inter caulem, & folia, alii, & adhuc pauciores: formam repræſentant illorum jam dictæ Cervicariæ, ſed minores, albi & in quinq;, & quandoque ſeptem mucronatas ſciſſuras diviſi; è quorum centro multa exeunt ſtamina ſublutea, quorum uno modo proboſcidis egreditur, verſus cacumen, ſatis craſſum, quod dum maturatur, bifur.atum, & aduncatum evadit, decedente Auguſto, flos conſpicitur, atque talis per plures dies conſervatur, unde hactenus ſemen minimè obſervari potuit. inter rimas illorum aſperrimorum lapidũ Baldi, ſolum circa Coronæ Templum pullulat. Trachelium hoc non acre, nõ amarum, ſed tantum adſtringens eſſe ſenſu dignoſcitur, multoque magis ipſa Cervicaria. Tempus. Natales.

Huic contiguæ aliquæ domus ſunt quorundam hominum urbanorum, qui Crutiati vocantur, in quibus hoſpitia non incommoda pro locorum ratione haberi poſſunt. Hinc diſcedimus ad Vallem frigidam, & primò tranſimus per quædam prata, vulgò Prata Bazaria dicta: deinde ad Baſianam, & Jemen, quæ ſunt Valleculæ, meridiem ſpectantes, admodum herboſæ, in quibus greges pecudum & armentorum paſcuntur, eo præſertim temporis initio, cùm in montes tendunt: atque etiam, cùm ineunte frigore ab altioribus deſcendunt: & hoc ne quid à frigoris ſubita mutatione animalia patiantur: Quæ Valles multis caudicibus, Acerum, Ariarum Theophraſti: Viburnorum: Corylorum: Fagorum: & pullulantium Quercuum abundant, inter quas frequentiſſima germinat,

Montana Calamintha vera Veterum, à Pena, & Lobelio celebrata: ſive Meliſſophyllon verum Fuchſii.

Hic etiam vireſcunt plantæ hæ:

Biſtorta major vulgatiſſima: à Geſnero, Limonium: à quibuſdam, Britannica exiſtimata.

Caltha alpina, Geſneri: Plantago alpina, ab aliis: an Celtica Nardus altera, Lobelii? & Rondeletii? fortè Chryſanthemum, Dodonæi: & Doronicum. ſ. v. Cluſii.

Chamæleon albus, Dioſcoridis: Helxine, Plinii, Anguillario: Sylibus, Geſneri: & Carlina, vulgò.

Martago-

Martagonis, ſeu purpurei Lilii: variæ ſpecies.
Hyacinthus Germanicus Liliflorus: & Hyacinthus, Theophraſti Lobelio.
Aſphodelus albus major: frequentiſſimus.
Verbaſcum, Tragi: Cyanus major, Lobelii.
Cyanus ſupinus, Penæ.
Cirſium Pannonicum primum, Cluſii.
Orobanchæ variæ.
Panax Heracleum, Recentiorum.
Myrrhis altera parva, Lobelii: quidam pro vero Seſeli: alii pro Lyguſtico genuino, in pharmacis ponunt.
Alectorolophos, Plinii: ſeu Criſtagalli: ab aliquibus Miaria dicta.
Cirſium Anglicum, Lobelii.
Aſclepias flore albo: frequentiſſimus.
Heliochryſos ſylveſtris, Tragi; vel Chryſocome Germanica, Lobelii; Matthiolo Pſeudoleontopodium dicta.
Onopordum Plinii, Dalecampio: fortè Carduus Eriocephalus, Cluſi: à quibuſdam, corona fratrum.

Atque ita pervenimus in nobilem, & omni laude dignam frigidam Vallem, ortui ſolari expoſitam. Hic ſunt planities non parvæ, herbis abundantes, quibus à Majo, uſque ad Septembrem menſem numeroſa animalia nutriuntur: Hic adſunt cavitates quædam, in quarum duabus pluviales aquæ conſervantur, in tertia autem ſalientes aquæ perpetuò ſcaturiunt: his armenta pro potu utuntur. In eiſdem copioſè luxuriant,

Potamogetum, ſeu Fontalis: perperam, Malobatrum, Luſitani.

Hic ſunt humiles, paſtorales caſæ, ſeu tuguria, ex viminibus contexta, flantibus ventis pervia, paleis cooperta (Baito) ab incolis dicta, ſub quæ lac defertur, atque aſſervatur, & ſub his, & ab imbribus paſtores ipſi ſeſe tuentur. in iſta planitie, frequentiſſima eſt:

Alchimilla, ſeu Stellaria multorum: ſeu Leontopodium, Brunſelſii Droſium, à Cordo nuncupatum.
Soldanella montana, Cluſii: paſſim.
Britanica, Fracaſtorii: an potius Hormini ſylveſtris ſpecies?
Veronica ſupina, Lobelii.
Carduus cordryloides, Dalecampii.

Hyera-

Digitized by Google

Hyerabotane mas, & fœmina, Dodonæi.
Bellis cœrulea magna.
Helleborus albus, palleſcentibus floribus.
Primula veris prior, & altera, Matthioli: à Fabio Columna Neapolitano, Alyſma ſylvarum, & pratorum vocitatur.
Polygala, Tragi, & Dodonæi: ſeu Onobrychis Dioſcoridis, Lobelio. Inſuper, & floribus luteis, ab excellentiſſimo Iacobo Zuinghero inventa.
Aconitum Lycortonum 6. Cluſij.
Lotus encaphyllos, Dalecampij: multi ex noſtris pharmacopolis, pro vero Meliloto utuntur.

Quibus perſpectis aggredimur aſcenſum (& difficilem ſanè, licet talis non videatur) ad ſcopulorum latus, atque ſimul hæc ſimplicia à nobis collecta,

Loti variæ ſpecies.
Helleborus albus floribus atrorubeſcentibus.
Aconita varia.
Pilloſela floribus rubris.
Gramen Parnaſſi, vel Lilii Convallii ſpecies, Dodonæi: aut Monophyllon multorum: Cyclaminus altera Dioſcoridis, ſeu unico folio, Dalecampii.
Betonica alpina albo flore.
Iuniperi ſpecies minima, fortè Iuniperus ſupina, Cluſii.

Et cùm iam ad eum locum perventum eſt, vulgò ſaxa Vallis frigidæ appellatum, quæ ardua, prærupta, & alicubi valde diſciſſa ſunt, laborandum eſt in ingenti ſelectarum plantarum copia, quæ hic amœniſſimè vigent, atque vireſcunt, ſiquidem obſervantur,

Crocodilium Monſpellienſium, Dalecampio.
Echium montanum, Dalecampii: ſeu ut Ego dicerem, Cervicaria montana Thirſoides, ſeu Trachelium alopecuroides.
Scabioſa montana omnium minima, Lobelii.
Lonchitis aſpera maior, Chini, & Matthioli.
Centaurium majus alterum, Cluſii: à quibuſdam Centaurium majus Dioſcoridis, creditum, & Rheubaldenſis quorundam, hic frequentiſſimus.
Veronica mas, Fuchſii, & Dodonæi: Lobelius, Betonicam Pauli, facit.

Digitized by Google

Veronica maxima, Dalecampii.
Veronica recta minima, Lobelii.
Leontopodium, Loniceri: an Myoſotis?
Allii montani. 4. ſpecies duæ, Cluſij.
Serratula Recentiorum, frequentiſſima.
Carduus pratenſis, Tragi: ſeu Acanthus ſylveſtris. Lugdunenſium.
Bupleurum, Lobelii: ſeu anguſtifolium.
Aſter luteus, ſeu oculus Chriſti maior, Dalecampii.
Achillea ſideritis, Matthioli.
Carduus Aræophyllos, Dalecampii.
Chamæleon albus, Tragi: Tetralix ſpinoſa, Lugdunenſium.
Viola martia ſurrectis cauliculis. Lobelii: à quibuſdā Viola arborea.
Martagon, ſeu Lilium montanum, Italorum: vel Hyacinthus Poëtarum, Tragi: ſeu Aſphodellus fœmina, Fuchſii: à Dodonæo, Lilium ſylveſtre vocatum.
Polygonatum latifolium.
Item minus multorū: ſeu anguſtifolium: à Mutono, Chamædaphne Dioſcoridis, creditum.
Bellis maxima, flore Anthemidis: ſive Bellis maior, Lobelii.
Antiphtora, frequentiſſima.
Napellus verus cœruleus, Lobelii.
Napellus vulgaris, ſeu Lycoctonum ſativum tricarpum, Cordi.
Iacea nigra Dodonæi.
Panax Chironium, Tragi: ſeu Iſophyllon, Cordi: vel Bupleurum alterum latifolium, Lobelii.
Draba Penæ, & Lobelii.
Iacobæa altera Pannonica, Cluſii.
Hypogloſſum multorum: Fabius Columna, Radicem Idæam facit.
Lunaria Magorum Arabum, Lobelii: ſeu Oxalys ſcutiformis, vel ſaxatilis.
Onagra Recentiorum; an potius Lyſimachiæ ſiliquoſæ ſpecies? quidam pro Chamænerion Geſneri putatur.
Digitalis lutea flore amplo.
Pſeudo-aſphodellus Pannonius, Cluſi.
Dauci alterum genus, Fuchſii: à Lobelio, Lybanothis Theophraſti vocatæ.

Dauci

Digitized by Google

Dauci. 5. ſpecies, Fuchſii; ſeu Lybanothis altera, Dodonæi: & minor, Lobelii.
Galeopſis, Cortuſi: Scrophulariæ congener eſt.
Linum ſylveſtre Pannonicum, Cluſii: vel Cyſtoides Linum.
Lychnis. 4. Cluſii.
Flamula, ſeu Clematis recta.
Trachelium maius, & minus, Fuchſii.
Scorzonera. V. Pannonica, Cluſii.
Succiſa, ſeu Morſus Diaboli.
Ornithopodium, Dodonæi.
Condrilla cœrulea, flore pulcherrimo: ſeu Sonchus lævis primus, Cluſii.
Paſſarina Linariæ folio, Lobelii: ſeu Chryſocome altera, Mutoni.
Galega montana, Dalecampii.

Vbi etiam Clematis crutiata alpina noſtra invenitur, cujus effigies, ac deſcriptio ſequitur.

Digitized by Google

Clematis cruciata alpina.



Deſcriptio. A ſarmentoſa radice egerminant multi caules vitignei, magis ſubtiles, quàm in aliis Clematidibus, lignoſi, angulares, lenti, & tricubitales: è quibus ſurculi multi adhuc magis ſubtiles quatuor digitorũ altitudinis, qui æqualiter bipartiti ad latera dividuntur, ſinguliſque

Digitized by Google

lisque obtinent trifolia, júſto intervallo diviſa, & pediculo breviſſimo adnexa, forma myrtea, tamen majora, ſatis profundè per ambitum ſecta, integra, inæqualis magnitudinis, nigroque virentia: eſt illi flos Crucem repræſentans, foliis mugronatis lanuginoſis, cæruleis albicantibus, cujus medio acervulo quodam ex tremulis foliolis (uti in Roſa Alexandrina apparet) decoratur. Eſt ſarmentoſa: & perenni radice. Oritur in altioribus Baldi rupibus, quibus Eurus dominetur. *Bruma* areſcunt folia. Planta aliquantulum acri ſapore, radices verò inſipidæ exiſtunt. Natura perennis. Natales. Sapor.

Ex ſimplicibus cotibus egerminant:

Nardus celtica: frequentiſſima.

Daucus primus, Dioſcoridis: ſeu Creticus vocatus.

Sedum petræum montanum, Lobelii: fortè Pſyllum Arthenogonum primum, Dalecampii.

Campanula minor rotundi folia, Lobelii.

Auricula Vrſi, Matthioli: Britanica, ſeu Arthritica, à Geſnero: à Fabio Columna, pro genuina Aliſmate proponitur.

Saxifragia major: frequentiſſima.

Umbilicus Veneris alter; frequentiſſimus.

Rapunculus major latifolius: ſeu Alopecuros Theophraſti Dodonæo.

Rapunculus Montanus anguſtifolius.

Aizoon montanum, Lugdunenſium.

Cnecrum aliud Theophraſti, Matthiolo: in poſtrema commentariorum latinorum editione.

Indidem præterea, elegantiſſimè exurgunt plantæ hæ noſtræ,
Icones quarum, & deſcriptiones, ſunt quæ
ſequuntur

Digitized by Google

Trachelium minus petræum.

Rapunculus Alpinus ſpicatus Caſp. Bauhini.



Natales. In ipſius Baldi altioribus ſummitatibus, cujuſvis alius plantæ, à Trachelio petræo minori, ſterilisſimis, inter præcipites illas cotes, ab

Deſcriptio. ejuſdem veluti cadentibus pendens, germinat Trachelium iſtud, li-

gnoſa

gnoſa, pallida,& valde rugoſa radice,ſequipalmari, à qua folia numeroſa pediculis quatuor, vel ad ſummum quinque digitos, tranſverſis altis nixa, Cymbalariæ folia ut plurimum æmulantia,non ita craſſa,ſed nervoſiora,& profunditas laciniata,atque in viridi colore nigricantia: & ex qua ſeparatim cauliculi multi,tenues,leves,nigrovireſcentes præditæ altitudinis, cum foliis aliquot ſubſtantia cũ ſuperioribus,quorum aliquando unum nõ longo pediculo circa medium caulem emicat,reliqua florem ſemper circumvolvat: ſed hæc anguſtiora,& magis laciniata prioribus exiſtunt; inter quæ umbellæ vice flores calycibus breviſſimo pediculo contenti pro eunt in nigro purpuraſcente cærulei, Chymicæ Cucurbitæ vitreæ ſimillimi, quinque inciſuras obtinentes in medio corporis tumore, quæ neque ad collum perveniunt,nec totum corpus ad calycem uſque diſcindunt: in cujus medio multa filamenta nutriuntur, quorum unicum illius longitudinis eſt, ut aliquantulum craſſum, collum, multum egrediatur,& quod maturitate bifurcatum fit; floret tempore majoris Trachelii noſtri: ſemen nondum conſpeximus: perennis,& æſti ingens eſt planta. Tempus Natura perennis Sapor

Ad hæc,

Digitized by Google

Veronica petræa ſempervirens.

Chamædrys ſaxatilis Caſp. Bauhini.



Locus. Ex ſciſſuris ſimplicis, & omnino nudi ſaxi Baldi, hæc naſcitur, quinque, ſex, vel pluribus etiam caulibus rotundis, non ramoſis, al-

Deſcriptio. titudinis ſexquipalmaris, è quibus foliola bina exeunt (licet aliqua magna reperiantur) æquali ordine diſpoſita, uti Chamædrys, ta-

men

Digitized by Google

men non ſic profundè inciſa, admodum craſſa, ſplendida, ſupernè virentia, & lanugine quadam donata, infernè vero albicantia: fert in ſummitate multos flores ad inſtar ſpicæ, quaternis, quinis, & ſeptenis folijs cæruleo colore, aliquantulum albicantibus, quibus cadentibus relinquitur calyx, in quo ſemen continetur, ut in aliis Veronicis fit. Habet radices parvas fibroſas, ac nigricantes, quæ ita ſaxis illis horridis pauciſſima commixta terra includuntur, & adhæreſcunt, ut difficillimè etiam ligonibus evelli poſſint. Floret initio Iulii, & circa finem maturatur ſemen. ſempervirens eſt, & elegantiſſima, pulcherrimaque planta, acerbi, & auſteri ſaporis eſſe guſtu percipitur. Inſuper, Tempus. ſempervirens. Sapor.

K

Digitized by Google

Veronica alpina minima, ſerpilli folio.



Natales Deſcriptio.

Veronica minima folio ſerpilli, oritur in altioribus ſummitatibus Baldi, Orientem verſus, multis ramuſculis ſurculoſis, rotundis, & levibus, altitudinis ad ſummum unius cum dimidio palmi, fert folia

Digitized by Google

folia ſerpilli modo, ſed aliquanto longiuſcula in nigro colore virentia, non ſerrata; licet aliquando (ſed raro) aliqua diviſa conſpiciantur: in ſummitate abſque aliquo ordine habet flores, cum quinis, aut ſenis, & quandoque etiam quaternis tantum foliis, ſimili colore floribus petrææ Veronicæ, ſed dilutioræ. Calycem, ſeu Vaſculum, dum flores deponit, retinet, in quo clauditur ſemen rotundum, minutum, atque nigrum: radix eſt lignoſa, & fibroſa. Floret Iulio menſe, ſemen Auguſto maturitate perficitur. perennis naturæ planta eſt, licet frigore depereant comæ. Tota planta, & ſemen guſtu adſtringenti deprehenditur, nulla præcepta acredine, aut mordacitate, unde in fluxibus, & in quibus adſtringere ſine caliditate opus eſt, aptum eſſe medicamentum, iudicari poteſt. Tempus. Naturæ perennis. Sapor. Vires.

Præterea:

Digitized by Google

Saxifragia alba petræa.

Alſine tridactylites alpina Caſp. Bauhini



Deſcriptio. Habet hæc tenerrima planta radiculam unicam, tenuem, capillarem, ad ſemipalmum altam, ac ruſeſcentem, à qua plura folia ſubſtantiâ

Digitized by Google

ſtantiâ,ac formâ albæ ſaxifragiæ molliora tamẽ, ac profundiùs diviſa,è quorum medio caulis aſſurgit teres, nodoſus, læviter hirſutus, dilutè purpuranſcens,,ac dodrantalis,huic inhærent ramuſculi plurimi ab imo ad ſummum inordinatè diſpoſiti: in ſummitate frequentes ſunt floſculi quinque candidiſſimis foliis conſtantes, quorum centrum quædam palleſcentia filamenta occupant: iſtis cadentibus relinquitur calyx ſemen continens minutiſſimum, uti in ſaxifragia magna Italica. Floret Junio menſe ad finem: facillimè languescit, ac deperditur: initio dulcem exiſtimes, poſtea verò acrimonia percipitur. Tempus. Sapor.

Adhæc:

Thlaſpi petræum, Myagrodes.

Thlaſpi ſaxatile Caſp. Bauhini.



Natales. In ſciſſis cotibus frigidæ Vallis pullulant à radice capillari folia multa, humi ſparſa, & per ambitum ſecta: atque unius quadran-
Deſcriptio. gularis caulis atrovireſcens, ad tres palmos altus, à medio, ad ſummum in varios ramuſculos diviſus, in cujus ſummitate floſculi albi

foliorum

Digitized by Google

foliorum quatuor: quibus decidentibus relinquitur vaſcula omnino referentia, Dodonæi Myagrum. floret ad exitum Junii. ſaporis acrimonia nulli Thlaſpi genus cedens. Tempus. Sapor.

Aliquantulum autem ſupra ipſa non ſatis celebrata dirupta ſaxa, in dextera parte ſcaturiunt aquæ gelidiſſimæ, ad Notum expoſitæ, quibus Fons Navolæ nomen eſt, quorum frigiditatem manus vix ferre poſſunt: imò quandoque vitrea ipſa vaſa, ad refrigerandum potum in ijſdem immerſa, quo calores propter difficilem aſcenſum contractum, leniantur, minimo temporis ſpatio perfracta ſunt: quæ quamvis abundanter ſatis fluant, per illam Montis partem dimidii milliaris altitudinis ad Vallis frigidæ planitiem, attamen ad hanc non perveniunt, ſed totæ ab illa terrarum ſuperficie a bſorbentur: circa fontem iſtum nullæ ſurgunt plantæ, quæ alibi obſervatæ non ſint.

Ad dexteram autem fontis, eſt Vallecula quædam appellata (la Valle del Baſtion) quòd ibi magnus murus, in formam propugnaculi ædificatus, ad tranſitum Germanorum retardandum. Hanc percurrentes dum deſcendimus ad diverſorium, in parte dextera Navolæ contigua, Zephyro oppoſita, frequentiſſima vidimus.

Pyrolam alteram Pannonicam, Cluſii: fortè Ambroſiam montanam, Dalecampii.
Item, quartam Pannonicam, Cluſii.
Ad hæc;
Pyrolam, Matthioli: & Limonium, Fuchſii.
Hepaticam albam: Cordi: ſeu Gramen Parnaſſi Hederaceo folio, Lobelii.
Salicem platiphyllos: Leucophlęos, Dalecampii.
Salicis pumilæ genus. 1 v. Cluſii.
Balſamum alpinum, & Roſam alpinam, quorundam: à Dalecampio, Evonymon Theophraſti creditum: ab excellentiſſimo Ulyſſe Aldrovando, Nerium alpinum dictum; ſive Anonymon fruticem Buxifolium hirſutum.
Chamærhododendrum Allobrogum Penæ, & Lobelii.
Idæam Vitem Herbariorum, Dalecampio: at Cluſius in Pannoni-

cis, al-

cis; alteram Vitem Idæam facit: ab Anguillario, Vva urſi dicta: Dodonæus, Vaccinam nigram vocat: alii Myrtillum.

Tuſſilaginis alpinæ Cluſii, duæ ſpecies.

Pinguiculam cœruleo, & albo flore.

In medio verò ipſius Vallis, ad Orientem provenit, frequens:

Filix mas.

Cacalia, Lobelii, & Penæ.

Cacalia prima Pannonica, Cluſii.

Tuſſilago.

Aconiti, varia genera.

Pars verò ejuſdem ſiniſtra, ſterilis exiſtit.

Manè, à ſomno experrecti, oriente jam ſole, ex hoſpitio (Baito videlicet) ſcandimus denuò (lævorſum tamen) jam dictas diruptas rupes, ac pervenimus ad verticem, montis ubi, (quoniã terrra nonnihil videtur depreſſa) & ſinum quendam efficit, ideò vulgò Os Navole appellatur, expoſitus autem eſt locus iſte ad Africum ſive Lybem: quo circumcirca provenit,

Pulſatilla albo flore, Lobelii: ſeu Anemone ſylveſtris altera Pannonica, Cluſii: vel Samolon Plinii, Dalecampio: ut in ſuo Horto Medico Camerarius teſtificatur.

Tormentilla candida, Dalecampii, frequentiſſima.

Ranunculus. 1 v. luteo flore, Fuchſii; ſive Ranunculus nemoroſus luteus, Dodonæi.

Ranunculus glomeroſus; frequentiſſimus.

Ad hæc, aliquantulum deſcendendo venimus in quædam prata, Urticaria vocata, quæ plantis iſtis ornantur:

Crocum vetnum minus, 1. Cluſii.

Ranunculus bulboſus, Lobelii: ſeu Tuberoſus, Dodonæi: aut Batrachium, Apuleii.

Ornithophora candida, Gemmæ: frequentiſſima.

Oenanthe alpina Lobelii: paſſim,

Serapias candido flore, Lobelii: ſive Cynoſorchis montana folio maculato Gemmæ.

Hinc Aquilonem verſus per eandem hanc partem montis, in alia prata ampliſſima, herboſiſſimaque tranſivimus: Baldenſibus ea Vallis Vaccaria vocatur, quòd illic opimis paſcuis alũtur innumerabilia

bilia boum armenta, dives autem eſt locus iſte, fonte perenni aquarum ſalientium, quæ uſui ſunt non ſolùm paſtoribus, atque armentis ad extinguendam ſitim, verùm & ipſis paſcuis ad humum irrigandum: ſurgunt hic,

Major, Minor, & Minima Gentiana, Matthioli.
Pſeudorchis, Bifolium, Dodonæi: à quibuſdam Ophris, Plinii: Gramen Parnaſſi quorundam, Lobelio.
Coriandrum ſylveſtre, Myconi.
Lirio-aſphodellus albo flore: ſeu Hemerocales, Dalecampii.
Ferulago quorundam: ab aliquibus Thapſia Matthioli, vocatur.
Aconitum. 3. Dioſcoridis.
Laſerpitium, Fuchſii: à Trago, Smyrnium nuncupatum: Anguillara, Lyguſticum autumat: Cordus, Struthium facit: ab aliquibus, Imperatoria, Oſtrutium, & Magiſtrantia.
Auricula muris, frequentiſſima.
Pæonia fœmina.
Spondylium laciniatis foliis.
Orchidis, varia genera.
Saxifragia umbellifera, Penæ, & Lobelii.
Galeopſis maxima Pannonica, Cluſii.
Ornithopodium, Dodonæi.
Draba altera Pannonica, Cluſii.

Ab iſtis autem herbóſiſſimis pratis ad Occidentem verſus, ſtatim aſcendimus, & (laborioſe ſanè) ad cacumen montis, à Vaccaria Valle unius milliaris altitudine perpendiculariter elevatum, cui nomē eſt, Mons Major, quoniam omnium vicinorum montium altitudinem ſuperat: hìc ſtantes Benacum detegimus, qui à ſarcis Tridentinis initium ſumens, definit in Mintium; flumen Picheriam ingrediens, & eandem in duas partes ſecans: Hic Picheriæ locus, mœnibus, propugnaculis, & mole tutiſſimis munitus eſt: Hic numeroſæ Anguillæ, ac Troctæ maximæ abundantiſſimè capiuntur à piſcatoribus: Cernimus ſubinde Syrmionem peninſulam, natale ſolum Catulli, noſtri Poëtæ, ubi non longè ſub ipſis Benaci aquis, fontes ſulphurei creduntur eſſe, exhalationem certè ſulphuris, & ſentis, & hauris naribus. Ulterius eſt in conſpectu Decentianum, quarumcumque frugum emporium magnum. Præterea Salodium, quod ad

Digitized by Google

urbis dignitatem proximè accedit, oculis ſeſe offert, hic merx dealbati fili, ejuſdemque ſubtiliſſimi ad veſtes lineas conſuendas, & acu pingendas, copioſiſſimè exercetur. Ob oculis quinetiam verſatur, Maternum, & Tuſculanum. His tribus in locis, ubi vitalis, ſaluberrimaque aura ducitur, omni arte, ac induſtria coluntur viridaria arborum præſtantiſſimorum, ut ſunt Malus Citria, Malus Medica, & Maſſilica, inter quas ſunt etiam quædam, quæ ingentes fructus ferunt, Poma Adami vocitata, propterea quòd in Inferiori parte cicatricem obtineant, poſt morſum primi Patris (ut ferunt) relictam. Hæ quidem celebrandæ plantæ quovis tempore florent, & totum annum acervatim fructus conſervant. Horum locorum parietes ex Lauro & Myrto, quaſi auleis quibuſdam mirè texuntur. his, & hortorum viæ concinnè admodum exornantur: atque adeo abundant Lauro loca iſta, ut hac, vice lignorum ad inſtruendum ignem etiam populares utantur. Ex quibus amœniſſimis viridariis, præter delitias ſummus quoque proventus excipitur, cùm fructus iſti non ſolùm nobis, ſed vicinis civitatibus, verùm etiam Germanis ipſis cumulatiſſimè impartiantur. Papyrus ſcriptoria hic etiam in magna copia conficitur. Hinc conſpicitur parva inſula Monachorũ D. Franciſci, in qua abundanter provenit:

Nerium albis, & rubris floribus, & ſaxis nudis propè aquam pullulans.

Aſpectui etiam ſeſe offert, Bojacum. Hujus loci accolæ toti ſunt in piſcandis Carpionibus. Ulterius vicus Campioni, quo in loco ad excoquendum ferrum, ferramentorumque genera omnia extruenda, ædificia varia fabricata ſunt: habent namque hìc aquas ipſis inſervientes, atque fodinas, ferrea materia exubetantes, utque paucis totam rem perſtingam, hìc contemplari licet aquas diverſi coloris: ſelectarum Olearum oliveta frequentia: Naves, (quæ tamen ex tam ſublimi loco, ac vertice naviculæ apparent,) tum ab aſpirantibus ventis, tùm nautis remigantibus, Lagiſium hanc Veronenſis oræ, illam ripam agri Tridentini oppidum impulſam: prætereo rivulos murmurantium aquarum, Piſtrinis ad molendas fruges, ac torcularibus variis deſervientes: prætereo etiam diverſos alios pagos: non commemorabo tempeſtates procelloſas, ac repentinas, quibus Lacus iſte commovetur, ob contrarios ventos, ſubitò aſſurgentes.

gentes, temporeque eodem inter ſe concurrentes. Ut jure Virgilius Lacum verbis illis compellarit.

Fluctibus, & fremitu aſſurgens Benace marino.

Ad ſummum, humanis delitiis, ac vitæ ſalubritati, ora hæc locupletiſſima Benacenſis opportuniſſima exiſtit.

Ex hac etiam ſpecula, veluti ab altiſſima, eminentiſſimaque Arce, Verona, totuſque ager Veronenſis, Atheſiſque flexuoſiſſimus oculis ſeſe (confuse tamen) ſubjiciunt: luminoſo etiam, ſerenoque exiſtente Cœlo remotiores Urbes, Pagi, Villæ, Oppida, ſed indiſtinctè, atque confusè apparent. hic locus diſtat à Benaco conſueto itinere ſex milliaribus, perpendiculariter verò duobus. in hoc itidem Montis cacumine planities eſt herboſa, ubi oves, & capræ tantummodo paſcuntur, in qua invenitur:

by Google

Trifolium anguſtifolium alpinum.

Trifolium alpinum magno flore, Caſp. Bauhini.



Natales. Deſcriptio.

Naſcitur Trifolium iſtud in eodem Maiori Monte, ea parte, quæ ad Orientem ſpectat, cujus radix longitudine eſt ferè quincunciali,

exterius

exterius quidem colore pallefcēte, interius verò albido: lignoſa autem, & multis obtecta comis: ſapore ſubamaro. ſurgit ab hac unus tantum cauliculus, omnibus prorſus foliis nudus, rotundus pariter, cavus, & lævis, ſemipedalis longitudinis: qui in ſummo ſine ordine flores emittit, quorum forma ad Viciæ flores proximè accedit: in quibus color purpureus admodum venuſtus eniteſcit: è ſummo radicis capite exeunt ſupra terram quinque, ac plures etiam pediculi, ternas ferè uncias longi, quorum ſinguli, è medio duas barbatas emittunt: & in ſummo folio..., æquo inter ſe ſpatio diſtincta. Horum verò longitudo ſeſquiuncialis eſt: at forma anguſta, acuminata, ac nervoſa. Planta ipſa admodum rara eſt, & perennis. floret autem menſe Julio. illius ſemen nondum mihi conſpectum, neque vires ſatis cognitæ ſunt. Sapor. Tempus.

Parte autem, Occaſum ſpectante, fonticulus perpetuò ſcaturit, cujus aquæ labentes per montis crepidines in Vaccariam Vallem paulatim abſorbentur, & ad nihilum rediguntur: in parte verò, Septentrionē aſpiciente, ſemper nives jacent, quas aliquando, cùm nimis altæ non ſunt, plantæ penetrant, & caput ſupra ipſas efferentes, in eis vireſcunt, florent, & ſemen ferunt, quod ipſe mea manu collegi.

In hac eadem planitie, ac contiguis rupibus exurgunt plantæ infrà ſcriptæ:

Cneorum Matthioli: an Oleandrum ſylveſtre, Avicennæ? fortè Thymela minor, Cordi:

Ranunculi montani primæ, ſpecies primæ, } Cluſii.
Ranunculi montani primi, ſpecies altera, }

Alectorolophos prima Pannonica, Cluſii.

Chamælæa Germanica, Tragi, & Dodonæi: an (ut Lobelius inquit) Chamædaphne, Dioſcoridis: Fuchſius, Daphnoidem facit: à quibuſdam, Mezereum Germanicum.

Lunaria racemoſa: ſeu Lunaria minor, Matthioli: à Columna pro Epimedio Dioſcoridis exhibetur.

Tormentilla candida, Delecampii: ſeu Pentaphyllon alpinum petroſum minimum, Lobelii: ſive ſtellaria argentea, vel Argentaria petræa: ſeu Alchimilla minor, Camerarii,

Gnopha-

Gnaphalium alpinum, Cluſii: Matthiolus pro Leontopodio proponit.

Leontopodium parvum, Lobelii.

Pinus Tubulus. *Plinii*: vel *Pinaſtri* genus ſterile: Itali Mugho vocant.

Anagyris minor.

Gentianella v. *Pannonica*, Cluſii: à Dalecampio, Helleborina vocata.

Gentianella. v i Cluſii: frequentiſſima.

Ubi etiam plantæ hæ noſtræ exurgunt, quarum effigies, & deſcriptiones ſequuntur.

Ranunculus

Ranunculus alpinus Coriandrifolio.



Ex radicibus longis,,teretibus,fibroſis,cãdidis,& quodam ſplendore ornatis,quatuor ad ſummum ſeſe offerunt folia ſemipalmaria, à purpuraſcente pediculo,folia Coriandri referentia , attamen minora,& magis laciniata, & ad ſimilitudinem Fumariæ diſpoſita, in- Deſcriptio.

terque

Digitized by Google

ter quæ exurgit unicus pediculus rotundus, lævis, palmaris, florem continens, circa cujus medium foliolum unicum eſt, in ſummitate autem flos ex duodecim, & pluribus etiam foliis compoſitus (uti in Buphtalmo) albis ſubpurpuraſcentibus, ac venulis ſanguineo colore percurrentibus, ab aliis quinque foliolis utrumq; craſſis, viridibus, & per ambitum purpuraſcentibus exceptis, calycis vicem gerentibus: in cujus floreſcentis medio remanent ſemina congeſta, ut in aliis Ranunculis. Floret ad Kal. Julii. Naſcitur in Majoris Montis cacumine, Occidentem verſus. perennis eſt; & aliquantulum acris.

Tempus.
Natales.
Perennis natura
Sapor.

Præterea:

Ocymoides

Ocymoides Muſcoſus.



Pinus ſylveſtris 107 *Tubulus* Plinii 86. 107
Piſtolochia Fuchſ. 102
Piſum Græcorum, Trag. 3
Pithyuſa Dodon. 106
Plantago alpina quor. 63. *aquatica*, Herbarior. 2
Pneumonanthe, Cordi 57
Polemonia petræa Junierman. 61
Polium 1 1. Matth. 58
Polycnemon, Geſn. 4
Polygala Dioſcoridis multor. 7 Dodon. 65. Matth. 57. Trag. 65
Polygonatum Dioſc. 5. *latifolium* 66 *minus* quorund. 66
Polygoni ſpecies. 6
Polygonum minus Matth. 1
Polypremnum, Lugdun. 6
Polytrichum 55
Polytrichum aureum majus & minus Herbariorum 105
Populus Lybica nigra & leuca 53
Potamogetum 64. *Dioſc.* Luſit. 105
Potentilla minor 55
Poterium Dioſcoridis, Lob. 17
Portulaca major quor. 59
Pſeudo Aporinus quor. 102
Pſeudo Aſphodelus 21. Cluſ. 109 *Pannonius* Cluſ. 66
Pſeudodictamum floribus verticillatis 10
Pſeudorchis bifolium Dodon. 81
Pſeudoleontopodium Matth. 64
Pſeudomelanthium quorund. 53
Pſeudomyagrum Matth. 3
Pſeudonarciſſus Hiſpanicus minor, Cluſ. *pleno flore*. 11
Pſeudoſtachys, Matth. 2
Primula arboreſcens flore ſimplici 18. *ſylvarum* Lobel. 105. *veris* 1 & 11 Matth. 65
Primulæ arboreſcentis varia genera 107
Prunum ſylveſtre 54
Pſyllium 52. Cord. 53. *Arrhenogonum primum* Dalec. 69
Pharmica folio Taraconis Lob. 17
Pteridion fœmina Cord. fort. 101
Pulegium foliis verticillatis, 1. *petræum* Geſ. 4
Pulmonaria Gallorum 105. *Lichenis facie* 102. *Plinii* Geſne. 105. *vulgatiſſima boraginis folia major & minor*. 105
Pulſatilla albo flore Lob. 18. 80. 99 *vulgaris* 1
Pyrola Matth. 79. 106. *altera Pannonica Cluſ.* 79. 1 v. Cluſ. 79
Pyrrhetrum primum Matt. 10. *ſylveſtre* quor. 17
Pyrus cervina Geſ. 107

Q & R.

Quamodit Indorum 19
Ῥαδικοςίβιδα 30
Radix cava Herbarior. 102 *Idæa* Column. 66. *Rhodia* 18
Ranunculi alpini Coriandrifolio icon & deſcriptio 87. 88. *montani primi, ſpecies*. 1 & 11 Cluſ. 85. *varia genera* 107
Ranunculus arvorum, Lobel. 2 *bulbo-*

bulboſus Apuleji, Dod. 107. Lobel. 80 X. Cordi 3. *echinatus ſylveſtris* III. Dod. 2. *glomeroſus alpinus* Lobel. 107. *hortenſis ſimplex*. 2. *montanus alb*. Dalec. 108. *nemoroſus luteus* Dod. 80. *polyãthos aureo flore* 17. I. Fuchſ. 2. *tuberoſus* Dod. 80. *verticillatus* Apulei. 55. I. II. & III. Matth. 106. IV. Dioſc. 97. IV. *luteo flore* Fuchſ. 80
Rapum ſylveſtre Dodon. 54
Rapunculus Alpinus ſpicatus Bauhin, *ejusq; figura*. 70. *major latifolius*. 69 *montanus anguſtifolius*. 69. *ſylveſtris flore cæruleo* 54
Rhamnus I. Dioſc. 21. III. Matth. 1
Rheſeda Plinii, quorund. 53. *vulgaris*. 28
Rheu baldenſis quorund. 65
Rhodera quorund. 105
Rhus Coriariorum. 5. *obſoniorũ*. 5
Ribes officinarũ *fructu rubro* 108
Ritro vel Rutro Theophraſti Lobel. 59
Rizzo della ſignora. 11
Roboris genus IV. Lugdunenſ. 2
Roſa alpina quorund. 79
Rubia levis Taurinẽſium Dalec. 107 *tinctorum*, officin. 2
Rubus alter levis 106. Dioſc. 106. Geſn. 106. *levis*. 106. *ſaxatilis* Cluſ. 106
Ruſcus ſylveſtris quorund. 107
Ruta canina 54. *capraria* vulg. 53 *hypericoides* Dod. 11. *pratenſis* quorund. 4 *Sylveſtris* Dod. 32

S

Sabdariffa. 10
Sacerdotis crepida. 108
Salicis pumilæ genus IV. Cluſ. 79. *ſaxatilis duæ ſpecies*. 110
Salix platiphyllos. 79
Salvia baccifera Cretica. 10. *ſylveſtris* Tragi. 56
Sambeggia. 104
Sambucus aquatica Lob. 96. *cervina* Trag. 96. *paluſtris* 106. *racemoſa* Pen. 96 *ſylveſtris*. 96
Samolon Plinii, Dalecamp. 80
Saponaria Recentior. 6
Sanicula alpina guttato flore Geſn. 102. *fœmina* Fuchs 105. *mas* Fuch. 108 *Montana*, Cluſii. 9. 98. 102.
Satyrium abortivum Lob. 108. *album*. 108. *Erythronium Herbariorum*. Lob. 107. *trifolium* 108
Saxifragiæ albæ petrææ imago & deſcriptio 76. *Bavaricæ icon & deſcriptio*. 60
Saxifragia alba IV. Matthiol. 5. *aurea lichenis facie* 102. *communis*. 7. Gallor. 4 *hircina*, Junierman. 61. *magna* Italorum. 59. 77. *major* 69. Pauli & Dioſcor. 7. *umbellifera* Pen. & Lobel. 81
Scabioſa Hiſpanica, Cluſ. 11. *montana minima* Lob. 65
Scamonium tenue Plinii, quor. 3
Scandix Veterum, Anguillar. 4
Scarlatea vulgi. 17
Scolymos Theophraſti, Cluſ. 106

Scordotis Plinii legitimũ, Belli *eiusq; pictura & deſcriptio.*33.34. *Plinii*, Lobel. 2.58
Scorodonia Cordi falsò credita. 56
Scorpioides Matth. 54
Scorzonera Hiſpanica 18.59. *latifolia* 59. V *Pãnonica* Cluſ. 67.98
Scrophularia III. Dod. fortaſſ. 54 Trag. 59
Secacul Geſner. 5
Sedum alpinum III. & IV. Cluſ. 108. VI. Cluſ. 96. *magnum flore pallido* 61. *petræũ*.110. *bupleurifolio eiusq; icõ et deſcriptio*.111 *montanum* Lobel. 69
Sementina. 3
Serapias candido flore Lobel. 80
Seriphium Germanicum Trag. Fuchſ. Cord. 4
Serpillum utrumq; 58
Serrata Cord. 98
Serratula recentior. 66
Seſamoydes magnum Salmanticum, Cluſ. 4.98
Seſeli Creticum. Lob. 4. *Maſſilienſe* 99. Dioſc. 11. *genuinum Maſſilienſe* 99. veterum. 99. *pratenſe Monſpellienſium* Lob. 96. *nigrũ* quor. 108. *Peloponeſe* 109. quor. 64
Sideritis Italorum perperam 17. I Fuchſ. 2.7. I. Matth. 2. II. Matt. 2. III. Dioſc. Col. 108. *luteo flore*. 3. *pratenſis rubra* Lugdun. 3
Silex. 99
Silibus Geſner. 63
Siliqua ceratonia. 18. *ſylv.* Cluſ. 56
Siliquaſtrum Plinii, Guiland. 55
Siſon Dioſc. 12. *legitimum veterũ* Imperati. 10
Σμίλαξ Dioſc. & Galeni. 57
Smyrnium Cord. 105. Lacun. 11. Trag. 81
Solanum Halicacabum Dioſc. 55. *majus* 106.108. *maximum* Col. 17. *Monococcon* Geſn. 105. *tetraphyllon* Lob. & Pen. 105. *tuberoſum*, Bauhini. 10
Soldanella alpina 99. Cluſ. 18. *mõtana* Cluſ. 64. Lob. 110
Solidago Saracenica III. Cluſ. 108 Lob. 105. quorund. 98
Sonchus levis I. Cluſ. 67
Sophia, Chirurgorum. 5
Sorbus aculeata, Cordi 56. *torminalis* Matth. & Lob. 107. quor. 107. *ſylveſtris alpina* Lobel. & Matth. 107
Sphacelus Dodon. 56
Sphærocephalus annuus Cam. 59
Sphondylium laciniato folio. 98
Spina alba, quor. 59. *appendix* Plinii Geſner. 56. *infectoria* Cluſii forſ. 53. *peregrina*, Dod. 59. *Selenitis Theophraſti*, Guiland. 2. *ſolſtialis*. 1. *ſylveſtris*, Fuchſ. 1.
Sphondilium recentiorum 58. *laciniatis foliis.* 81
Split 59
Stachys Dioſc. 58. Lob. putata. 34
Σταφυλῖνος 58
Stœbe capitata Roſmarini folio cum icone & deſcriptione. 22.23 *Cretica*, Belli. 17. *Salmantica* Cluſ. 23

Stœ-

Digitized by Google

Stelephuros Plinî, quor. 54
Stellaria argentea 85. quor. 64
Stella ſolſtitialis Penæ 1
Stœcas altera, Lobel. 10
Stratiotes 5
Strumaria 56
Struthion Aldrova. 57. Cord. 81
Succiſa 67
Sumach Arabum 5
Superba Auſtriaca, Cluſ. 17
Sylibum 4
Symphitum majus florib. albis & purpureis 55 mediū & minus 55. *petrañ* Lob. 4. *ſylveſtre* Cor. 105
Syſirinchion Theophraſti, Cor. 4
Syringa cœrulea Luſitanica, Lob. 18. *flore albo* 96

T

Tamarindus 9
Tamecnemon, Cord. 53
Tanacetum acutum album, Trag. 17. *non odorū* Lob. 61. 105. Pen. 17
Talictrum Dioſcoridis Pen. 4. *magnum* Dod. 4. *nigrum* Cor. 4. *Pictum* Dodon. 5
Taxus. 57
Telephium Crateve Lob. 54. *Dioſcoridis* Anguil. 54. *Græcorum* Lobel. 59
Terebinthus 53
Terionarta Plinii, Guiland. 96
Tetrait 7
Tetralix ſpinoſa Lugdun. 66
Thapſia, Matth. 17. 81
Thimeleæ ſpecies Miconii 108
Thlaſpi Candiæ umbella quor. 17. *clypeatum*, Clu. 5. Lob. & Pen. 10. *parvum Hieracifoliū* 5. *petræum Myagrodes ejusq; imago & deſcriptio* 78. *ſaxatile* Bauh. *ejusq; icon* 78. *ſpecies*, fortaſ. 5. *vicanum Mechlinienſe*, Lob. 10
Thraupalus Theophraſti quor. 96
Thymbræ ſpecies 57
Thymela minor Cord. fortè. 85
Tithymalus Characias v. Dod. 106 *cypariſſias*, Lob. 1. *Helioſcopius* 106. *Platiphyllos*, 106 Lob. & Pen. 3. *verrucoſus* Dalecam. 6
Tordylum 4
Tormentilla candida Dalec: 80. 85
Tota boña 112
Trachelium alopecuroides 65. *majus* 61. *Baldenſe* 11. Fuchſ. 67. *majus petræum, ejusq; figura & deſcriptio* 62 *minus* Fuchſ. 67. *Petræum* 110. *minoris petræi icon & deſcriptio* 70. 71. quor. 53
Tragion Creticum Bel. 11. Dioſ. 32. *legitimum veterum à* Bello *effigiatum & deſcriptum* 31. 32
Traſi 20. *ejus hiſtoria* 21
Trifolium alpinū magno flore Bau. *ejusq; icon.* 84. *anguſtifoliū alpinū ejusq; imago & deſcriptio* 84. 85. *Aſphaltites* 11. Fuchſ. 57. *aureum flore purpureo* Dod. 109 *cochleatum* 4. *odoratum* 57
Tulipa magna purpurea 10
Tuſſilago 56. 80. 108. *alpina* Cluſ. 80. 110. *duo genera* 99. *altera montana* Lob. 110. *magna.* 108

V

Vacaria, Dodon. 32

Vaccinia nigra Dodo. 80.96.
Vaccinium triticum 29
Verbaſculus alpinus cœruleus Dalecamp. 110
Verbaſculum odoratum Fuchſ. 107
Verbaſcum fœmina, Lob. 1. *latius*, Dod. 2. *ramoſum candido flore* 1, Trag. 64.97 I. Matth. 2. 111 Matth. 6. 1 v. Matthiol. 17
Verbenaca mas. 2, Matth. 1. *recta* Fuchſ. 2
Veronica alpina minima ſerpilli fol. icon & deſcriptio 76. *petraea ſemper virentis imago & deſcriptio* 72
Veronica maſ. Fuchſ. & Dod. 65
Veronica maxima Dal. 66. *petraea ſemper virens* 110. *recta minima* Lob. 66. *ſupina*. Lob. 64
Veſicaria Cord. quor. 52
Vetonica fœmina Fuch. & Ma. 53.
Viburnum Matth. 57
Viola arborea quor. 66. 105 *calathiana* Dod. 57. *Damaſcena* 11. *latifolia Bolbanact*. Dod. 100. *lutea montana* Cluſ. 107. *martia ſurrectis cauliculis* Lob. 66. *matronalis* 11. *ſurrectis cauliculis* quorund. 105.
Virga aurea major, Doriae flore, 105. *paſtoris* Matth. 106
Vitis Idea Cluſ. 107. *rubris acinis* Geſn. 96. *ſylveſtris* Dalec. 57 Matthiol. 55
Ulex Plinii, Lobel. 57
Ulſaria Italorum. 105
Ulmaria Italorum 105
Umbilicus veneris alter. 69
Unicetoxium albo flore 112
Unicofolio Dalecam. 65
Volvulus terreſtris Dalec. 3
Urtica Heraclea, Trag. 56. *iners* 53. *mortua* 53
Uva urſi 80
Uvularia, Tragi 53

X & Z

Xanthium 56
Xiloſteum alterum quor. 96
Zeduaria legitima Matth. 9
Zizypha ſylveſtris 2

FINIS.

Memini dum de Siſo mentionem facerem pagina 12. pollicitum fuiſſe, me appoſiturum, quæ de Amomo diſputata eruditiſſimè fuiſſent ab excellentiſſimo Nicolao Maronea: ut igitur promiſſa noſtra appareant, & unicuique integrum ſit, judicare, quid de eo ſit cenſendum, diſceptatio hîc impreſſa habebitur, unà cum legitimi Amomi racemi Icone.

NICOLAI MARONEÆ VERONENSIS

PHILOSOPHIÆ ET MEdicinæ Doctoris,

COMMENTARIUS,

IN TRACTATUS DIOSCORIDIS, ET PLINII.

DE AMOMO.



BASILEÆ.

Sumptibus Lazari Zetzneri, Bibliop.
M. DCVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

NICOLAUS MARONEA.

JOANNI PONAE AMICO OPTIMO

S. D.

AMomum apud Veteres erat vulgaris notitiæ, ut potè aroma, quo officinæ frequenter utebantur in componendis Antidotis, & in ſumptuoſiſſimis unguentis parandis. Verùm, ut eſt rerum omnium viciſſitudo, iniurià temporum etiam Amomi notitia deperdita eſt, ſeculiſque nonnullis Amomum latuit, obſcuriſſimis tenebris involutum, ad noſtra uſque tempora, quibus Amomi uva denuò in lucem prodiit, operâ, & induſtriâ egregii, & honeſtiſſimi Viri, Cechini Martinelli, qui ex remotiſſimis Indiæ regionibus verum & legitimum Amomum ad nos tranſmiſit, ſanè hoc idem Amomum, tamquàm legitimum, noſtrum Medicorum Veronenſium Collegium agnovit, & multi alii Viri doctiſſimi, amplexati ſunt. verùm, quia diverſa ſunt hominum ingenia, fuerunt aliqui, qui editis ſcriptis Indicum Amomum, tamquàm ſpurium, repudiarunt. Iccirco decrevi, Amomi Indici patrocinium ſuſcipere ipſam ſcilicet tueri veritatem, atque oſtendere, Indicum racemum eſſe ipſorum veterum legitimum Amomum. Hunc autem meum de Amomo ſermonem dono tibi, amiciſſime Pona, qui pleno jure à me tibi debetur, namque in iſtâ de Amomo Indico controverſià communis utriſque noſtrûm periclitatur exiſtimatio: tua, quia aliàs uſus fuiſti Indico racemo in componendis tuis Antidotis, Mithridatico, & Theriaca: mea, quia tibi illum admiſerim, tamquàm legitimum, quo tempore Collegii noſtri nomine, ego unà cum Exc. Viro, Iacobo Dionyſio præfui tuis recenſendis Antidotis, quæ publicè parabas. Quapropter neque hanc diſputationem ſubterfugere debeo, neque, iuſtam adeo cauſſam deſerere, honeſtè poſſum: ſiquidem meæ partes ſunt, evulgatis ſcriptis, palam id tueri Amomum, tamquam legitimum: quod publicis literis comprobavi.

NICOLAI MARONEÆ VERONENSIS,

PHILOSOPHIAE AC MEDICINAE DOCTORIS

PRÆFATIO,

In tractatus Dioſcoridis, & Plinii,

DE AMOMO.

H*OC COMMENTARIO SUMUS EXPLAnaturi Amomi, admodum odorati aromatis, hiſtoriam, quam Dioſcorides, & Plinius nobis ſcriptam reliquerunt, quò ex eiſdem auctoribus perſcrutari poſſimus, num racemus, ex India ad nos allatus, poſſideat notas veri, & legitimi Amomi, an verò idem racemus referendus ſit inter ſpecies Cardamomi, ut placet Recentioribus, vel demum nova planta exiſtat, priſcis viris prorſus incognita. Verùm antequam ad ipſam accedamus expoſitionem, neceſſarium eſſe duximus, Indici racemi deſcriptionem legentium oculis ſubjicere, atq; ejuſdem racemi imaginem exhibere conſpiciendam.*

DESCRIPTIO AMOMI INDICI.

AMOMUM INDICUM, cujus deſcriptionem facimus, non eſt integra planta, ſed fructus: cujus etiam exhibemus Iconem, exprimentem naturalem Amomi magnitudinem. Eſt autem parvus racemus, abſq; pediculis ex unico ſarmento enatus, ſibi ipſi arctè cohærens, & convolutus in uvæ modum, conſtat denis, aut duodenis ad ſummum acinis, ſeu folliculis fibroſis, ſe mutuo comprimentibus, tamquam de communi loco inter ſe decertantibus, adeo ut ſibi invicem parvas

cavitates

Digitized by Google

cavitates imprimant: Racemum ſuſtinet lignum, teres, pollicari longitudine, fibroſum, odoratum, acre, foliis confertim exornatum, tùm puſillis ſquammarum ſerie diſtributis, quâ parte folliculorum eſt expers, tum longioribus foliis, ſenis ſingulos folliculos ambientibus, quæ vicem quandam præſtant calycis illius, quem in Nuce avellanâ conſpicimus, ex longioribus foliis tria quidem conſtant longitudini ſemiunciali, tria verò paulò breviora ſunt, eadem folia tenuia ſunt, fibroſa, acria, odorata: ſed, quæ privatim folliculos complectuntur, æmula ſunt foliorum Malipunici, ſuis cacuminibus ſæpè contracta, raro integra, ut vix extra Amomi acinos emineant, quod evenire credendum eſt, quia mutuo atritu foliorum ſummitates confringuntur in longiſſimo itinere. Acinorum craſſitudo, & figura orbicularis exiſtit, qualis mediocris uvei acini ornantur folliculi Amomi, externis tenuiſſimis filamentis, ſeu nervis quaſi lineis per longitudinem ductis, ternis etiam præditi ſunt parvis ſulcis, totidemq; interpoſitis exiguis eminentiis, quæ triplicem internorum ſeminum ſeriem circumſcribunt, ſingulos folliculos replent tres ſeminum phalanges, tenui membranâ ab invicem ſeiuncta, unaquæq; autem phalanx pluribus conſtant ſeminibus angulosis, eâdem tenui membrana involutis, adeoq; ſtrictim ſibi cohærentibus, ut trium duntaxat ſeminum longiuſculorum effigiem præbeant. Racemi totius & ligni color idem ſpectatur in aliquo pallidus, in alio candidus, in alio verò, ex pallido ad ſubruffum vergens, ſed in candido folliculo ſemina inſunt plerumq; evanida, in ſubruffo ſemina ſolidiora, & perfectiora frequentiſſimè obſervantur: ſeminibus angulosis color externus ex ruffo nigricans adeſt, internus albus, ſemina interna eadem ſolida quidem ſunt, ſed frangibilia non fractu contumacia, ut Cardamomi ſemina. Racemo odor ineſt validus, ſed ἰνῶδες, ingenitus verò, non aſcititius, qui vulgarem Lavendulam quo-

Digitized by Google

dammodo redolet, ſuavior tamen, exemptis à folliculo ſeminibus maior odoris acrimonia ineſt, minor autem odoris gratia, eâdem ratione, & racemus, & nuda ſemina acri ſapore ſunt prædita, ſed in racemo hebetatur acrimonia, in nudis ſeminibus vehementior percipitur, quæ vulgarem caphuram quodammodo ſapit

Amomi

Digitized by Google

Amomi Indici, racemus: Siue Uua legitimi Amomi.



Cardamomi, tres ſpecies.



DE Amomo ſcripſerunt Antiqui auctores, quorum nunc ſcripta ſuperſunt, ex Græcis, Theophraſtus, Galenus, Dioſcorides; ex latinis, Plinius,

Digitized by Google

Lib. 9. de hiſt. Plantar. c. 7. Idem lib. de odoribus.

Plinius, ſanè Theophraſtus, & Galenus ſatis jejunè pertractarunt de Amomo, cum ejuſdem deſcriptionem omiſerint: Namque Theophraſtus enumeravit Amomum inter illa aromata, ex quibus parantur ſumptuoſiſſima unguenta. Galenus autem facultatem tradidit Amomi, eundemque inſignivit nomine racemi, ſed ejuſdem deſcriptionem reticuit: ab his autem viris nihil amplius habuimus. Verum Dioſcorides, & Plinius, concivis noſter, eas dederunt Amomi deſcriptiones, quæ ſi unà conjungantur, Amomi notitiam, & facilem, & perſpicuam faciunt. Recentiores autem, qui utriuſque auctoris de Amomo deſcriptiones invicem ſeiungere ſtudent, ipſi veterum Amomo magnas tenebras offundunt: Namque Dioſcoridi ſummam tribuunt auctoritatem in hac Amomi hiſtoria, in qua negant, adhibendam eſſe fidem ipſi Plinio, quoniam legitimum, & verum ignoraverit Amomum, pro quo etiam deſcripſerit plantam, longè diverſam ab Amomo Dioſcoridis, & ipſorum veterum. Iccirco decrevi Dioſcoridis, & Plinii de Amomo nobis traditas deſcriptiones ſeorſum interpretari, mox facta verborum, & ſententiarum invicem collatione indagare, num hi duo Viri eadem, an diverſa, de Amomo ſentiant.

Primum autem à Dioſcoride initium ſumam, cujus de Amomo caput libro primo de Medica materia, exponam.

COMMENT-

COMMENTARIVS
IN DIOSCORIDEM
DE AMOMO.

Περὶ Ἀμόμου.

Αμομόν ἐςὶ θαμνίσκος οἱονεὶ βότρυς &c.

DE AMOMO.

AMOMUM EST PARVUS FRUTEX, CUius fructus eſt ſicuti uva racemus, ex ligno convolutus in ſe ipſum. Habet autem & florem parvum, veluti albæ Violæ, folia verò Viti albæ ſimilia: Optimum eſt Armeniacam, quod ad auri colorem inclinat, habetq; lignum ſubcirrum odoratum valde. Sed medicum, quia in campeſtribus, & aquoſis locis naſcitur, invalidius: eſt autem magnum, & ſubviride, & ad tactum molle, venoſum lignis, quod ad origani odorem accedit. Ponticum verò ſubcirrum, non longum, neq; fractu contumax, racemoſum, fructus plenum, atque odore ſenſum feriens. Eligito autem recens, & album, vel ſubrubrum, non coactum, vel connexum ſolutum autem, & diffuſum, ſeminis plenum, ſimile parvis uvis, grave, valde odoratum, ſine carie, & acre, guſtum mordens, ſimplex colore, non varium. Facultatem autem habet calefaciendi, adſtringendi, exſiccandi, ſomnum conciliat, & dolorem lenit, fronti illitum: inflammationes, & meliceridas concoquit & diſcutit, Iuvat etiam ſcorpionum ictus, cum Ocymo impoſitum, Podagricis prodeſt, lenitque oculorum inflamma-

Digitized by Google

tiones, atque eas, quæ ſunt in viſceribus cum uva paſſa. Ad mulierum autem morbos & inpeſſis, & in in ſeſſionibus utile Decoctum ipſius potum convenit hepaticis, nephriticis, podagricis. Miſcetur autem & Antidotis, & pratioſiſſimis unguentis. Adulterant verò aliqui Amomum ipſa vocata Amomide, ſimili exiſtente Amomo inodoro quidem, & ſine fructu, quæ naſcitur in Armenia, floremq́ habet ſimilem Origano. Oportet autem in hujuſcemodi probationibus, fragmenta vitare. Eligito autem, quæ ab uva habent ſurculos integros.

In his de materia medica libris Dioſcorides deſcribit ſimplicia medicamenta, quæ vel ipſemet fide oculata cognovit, vel accepit à concordi hiſtoria auctorum, qui de ſimplicibus medicamentis pertractarunt, vel etiam diligenti percunctatione indagavit ab incolis earum regionum, in quibus ipſa medicamenta naſcuntur, ſicuti itidem Dioſcorides inquit in prooemio huius libri. Iccirco, noſtræ partes erunt, hoc commentario ſeiungere illa, quæ Dioſcorides ſuiſmet oculis vidit, ab iis, quæ partim lectione aſſidua, partim auditu percepit: quam ſanè diſtinctionem cum Recentiores prætermiſerint, Amomi doctrinam non parum perturbarunt: conabimur autem hac noſtra expoſitione tria præcipuè præſtare, unum erit, expoſitionem afferre verbis Dioſcoridis ſumoperè conſentaneam: alterum erit, rei ipſius veritatem perſcrutari, in illis præſertim quæ Dioſcorides, ex ſua ſententia ſcribit: poſtremus erit noſter labor, ſuis congruis locis indagare, num Indicus racemus eas obtineat notas, quas Dioſcorides ſuo Amomo aſſignat. Hæc præfari voluimus, exiſtimantes, ea allatura eſſe lucem illis, quæ à nobis, poſteriùs dicentur.

Lib. 1 in præfatione.

Amomum eſt parvus frutex, cujus fructus eſt ſicuti racemus, ex ligno convolutus in ſe ipſum. Habet autem, & florem parvum, veluti albæ Violæ, folia verò Viti albæ ſimilia.)

In Græcis codicibus non habentur verba à nobis interjecta (*cujus fructus eſt*) verùm quia Dioſcoridis ſenſus nobis videbatur mutilus, tenebricoſus, & falſus, cenſuimus, locum emendandum fore enarratis verbis, quæ (*noſtro judicio*) omnes diſcutiant tenebras.

Digitized by Google

tenebras, explanantque difficultates, quæ ex vulgata lectione inemendati codicis emergunt. In expoſitione autem huiuſce particulæ, quam præ manibus habemus, indicabimus rationes, quibus impulſi acceſſimus ad codicem emendandum. Quamvis autem ſolus Amomi racemus veteribus in uſu fuerit, ſicuti Deo dante hoc commentario monſtrabimus, Dioſcorides tamen ad abundantiorem doctrinam integram Amomi plantam deſcripſit, quam docuit, fruticem parvum eſſe, qui fructum profert racemo ſimilem, floremque habet parvum, albæ Violæ affinem, folia verò Viti albæ ſimilia.

Amomum) obſervo, Amomi vocem antiquiſſimam eſſe, qua Theophraſtus etiam utitur. Hanc opinor vocem Indicam eſſe, ut & Amomum exiſtit, non Arabicam, ut exiſtimant Recentiores, qui dum Amomi Etymon ab Arabibus fruſtrà perquirunt, in eadem rebis peccant: ſiquidem duplici utuntur incertiſſimo fundamento, uno quidem, quia Amomi vocem aſſerunt Arabicam eſſe, non Indicam: altero verò, quia ponunt, tamquam notiſſimum, Antiquiſſimam Arabicam linguam, ab ætate Theophraſti ad hæc uſque tempora ſuam integritatem. & puritatem ſervaſſe. Significat autem vox Amomi & fruticem ipſum, cum dicat Dioſcorides Amomum eſt parvus frutex: & ſignificat etiam racemum, qui eſt præcipua pars quæ inſervit uſui medico, dicente Dioſcoride, *Ponticum racemoſum: Eligito ſimile parvis uvis: Miſcetur autem & Antidotis, & precioſiſſimis unguentis*. Quibus in locis ſemper ſupplenda venit vox Amomi, de quo Dioſcorides ſermonem habet, quod quidem Amomum eſſe racemum ſuis locis monſtrabimus.

Eſt parvus frutex) Dum auctor deſcribit Amomi plantam, ipſius commune genus aſſignat θαμνίσκον parvum fruticem, verum ejuſdem reticet reliquas omnes differentias communes, & proprias: ſiquidem naturalem fruticis magnitudinem, ſimilitudinemq; ad alias plantas prætermittit: præterea nullum verbum facit de craſſitudine, aut tenuitate radicum, de corticis aſperitate, aut lenitate, de ramorū frequentia, aut raritate, neq; de eorundem ordine, aut confuſione, unde ex hac adeo brevi deſcriptione ſuſpicandum eſt, vel codicem Græcum hac etiā in parte mutilum eſſe, deſiderariq; in eo Myrtuoſi nomen, quo Plinius Amomi fruticem cognominat, ſeu aliam ejuſ-

modi vocem adjungendam eſſe, quæ Amomi fruticem accuratè exprimat, vel potius judicandum eſt, Dioſcoridem dedita opera, atq; ex induſtria Amomi plantæ brevem notionem attuliſſe: altera ex duabus cauſis, vel quia diutius immorari noluerit in delineando Amomi frutice notiſſimo, vel contrà, quia Amomi plantæ peregrinæ veram effigiem nunquã viderit, ejuſdem propterea anguſtiorem definitionem dederit: Sanè Amomi fruticem peregrinũ eſſe, habemus ex Theophraſto, Dioſcoride, & Plinio, ſed eundem fruticem Amomi, inutilem eſſe, ad Unguenta, & Antidota componenda, & ſola fama veteribus cognitũ fuiſſe, ex Plinio poſteriùs demonſtrabimus. Vnde exiſtimandũ eſt Dioſcoridem nunquam vidiſſe ipſam Amomi plantam, proptereaq; veterum herbariorũ veſtigia ſequutum, fruticis breviſſimam attuliſſe deſcriptionẽ, cum ex adverſo Idem auctor diligentius delineaverit. Amomi fructum racemoſum, quẽ veteres & uſu familiarẽ habebant, & oculata fide perſpectum.

Cuius fructus eſt.)Si Amomi planta ex Dioſcoridis narratione florẽ pro ducit albæ Violæ affinem, credendũ etiam eſt ſuũ producere fructum, ipſa enim natura docet, plantas quæ florem ferunt, aut rarò, aut nunquam ſuo eſſe fructu deſtitutas. Sed omiſſis conjecturis, Dioſcorides apertè ſcribit, Amomi fruticem ſuum habere fructum, cum dicat *Ponticum racemoſum, fructus plenum, eligatq́; Amomum ſeminis plenum ſimile parvis uvis*: Plinius etiam fructum Amomum agnoſcit, cum inquit: *Amomi uva in uſu eſt, Indica vite labruſca.* Hæc ſi vera ſunt, Amomi fructus deſcriptionẽ nullo modo omittere poteſt Dioſcorides qui neque prætermittit Amomi flores, & folia alioquin inutilia ad Medicinæ uſum, cum florum, & foliorum nunquam mentio habeatur in compoſitionibus medicamentorũ. Hinc perſpicuè apparet, huic loco adhibendam eſſe noſtram correctionẽ. Amomum eſt parvus frutex (*cujus fructus eſt*) ſicuti racemus: nam ſi vulgarem lectionem ſequamur, Amomum eſt frutex, ſicuti racemus: fatendũ erit, Dioſcoridẽ omiſiſſe fructus Amomi deſcriptionẽ huic loco ſummè neceſſariam: ſolummodò verò figuraſſe Amomi plantã, illamq; dilucidaſſe exemplo ipſius racemi, ut videntur ſentire Recentiores, contra quos inferius diſputabimus.

Eſt ſicuti uvæ racemus)Sicuti, eſt ſimilitudinis adverbiũ, quo Dioſcorides docet, Amomi fructũ eſſe ſimilẽ racemo: Iccircò explicãdũ eſt,

eſt, quis ſit Amomi fructus, & quis ſit ipſe racemus: Incipiemus autem à racemi nomine: Sinè βότρυς, ſeu racemi ſignificatio apud Græcos duplex videtur eſſe, Una communiſſima, quæ compræhendit omnes fructus racemoſos, in qua quidem ſignificatione Theophraſtus racemum accipit: namque dum ſeminis genus communiſſimũ in ſuas differentias partitur, ſub eodẽ genere ſeminis ſupponit & ſpicam, & racemum, communiter ſumptum, quoniam verò ſpica, & racemus inter ſe conveniunt, quia utraque à ſuo unico principio pendent, videntur eò differre, quia in ſpica ſemina ſunt ſeriatim diſpoſita, ſed in racemo fructus unà conglobati exiſtunt: unde apparet, racemum in ſua ampla ſignificatione, eſſe congeſtionem fructuum ab uno ramulo enatorum; hanc ipſam verò racemi ſignificationem etiam Dioſcorides accepit aliquando locis ſubſequentibus, ubi inquit: Lib. 1 de Hiſt. plant. Cap. 18.

Lib. II. de Pipere.

Racemos emittit grana ferentes.

Lib. IV. Ricino.

Fructum habet in racemis aſperis.

Plinius etiam racemi communiſſimam ſignificationem amplectitur, ubi de fructibus verba facit, his verbis *Dependent alia pediculis ut Pira, alia racemis ut Uvæ, Palmæ, alia & pediculis, & racemis, ut Hederæ, Sambuci.* Lib. 15. cap. 28.

Idem de Hedera ſcribit: Lib. 16. cap. 34.

Aliis denſius acinus, & grandior racemis, in orbem circumactis, qui vocantur Corymbi: Item ſelenitium, cujus eſt minor acinus, ſparſior racemus.

Idem de Hedera Smilace ait: Cap. 35.

Fert racemos Lambruſcæ modo, non Hederæ, colore rubro.

Altera verò βότρυος ſignificatio denotat, non univerſum genus racemorum, ſed illorum quandam notiſſimam ſpeciem, nempe racemum uvæ, quod patet ex Theophraſto, & ex Auctore de coloribus: Lib. 3. de cauſis plant. cap 22.

Theophraſtus enim ſcribebat:

Pulveris excitationem primis temporibus, cum nigreſcere Uvæ incipiunt, damnari. uvæ, legit οἱ βότρυες:

Quoniam verò Auctor de coloribus obſervat in racemis dupli- Auctor de

cem colorum varietatem, ſucceſſivam unam, permanentem alteram, quæ ex ſucceſſivis, ac inæqualibus concoctionibus provenit: unde apparet, racemi ſeu βότρυος nomine racemum uvæ eſſe intelligendum: ſiquidem illa colorum varietas in ipſis uvæ racemis conſpicitur, non verò communiter in omnibus racemis: Hanc βότρυος ſignificationem cognoverunt viri doctiſſimi in græcis literis, præſertimque Marcellus, & Ruellius, qui nomen βότρυος expoſuerunt uvam, vel uvæ racemum, quæ inter ſe non differunt: ſiquidem racemus uvæ eſt ipſamet uva integra, atque è converſo, uva integra eſt racemus uvæ. Recentiores autem aliqui hanc βότρυος ſignificationem ignorarunt, cum Ruellium reprehendunt, tanquam malè interpretantem hanc vocem βότρυος nomine uvæ, qua in re ſuam prorſus patefaciunt inſcitiam. His ita traditis diſtinctionibus de voce βότρυος, indagandum eſt, qualis ſit Amomi fructus, num racemus exiſtat vel non.

[illegible] cap. 6.

Veteres ſanè Amomi fructũ exiſtimarunt, eſſe racemum. Namque Dioſcorides Amomi ſpecies hoc capite deſcribens ipſos figurat racemos, dumq; de optimi Amomi electione pertractat, racemum eligit, ſicuti oſtendemus, in exponendis Dioſcoridis verbis. Galenus autem racemum Amomi eligit. Plinius Amomi uvam vocavit, ſcripſitque Amomi fructum cohærere, & convolvi in uvæ modum.

Adhæc ipſa ratio ſuadet, Amomi fructum eſſe racemum: cum ſit racemo ſimilis. ſi enim fingamus, Amomi fructum eſſe ſingularem, atque pendere ab uno pediculo, non poterit eſſe racemo ſimilis: quæ enim eſſe poteſt ſimilitudo inter fructum ſingularem, & racemum, quem ex Theophraſto docuimus, eſſe fructuum congeſtionem? Præterea tantum abeſt, ut Amomi fructus ſingularis poſſit eſſe racemo ſimilis, ut fructus, qui in ſingulari ſuo pediculo pendet, adverſetur ipſi racemo, ut habetur ex Plinii animadverſione, nam dum idem auctor fructuum partitionem facit, ſingularibus fructibus opponit ipſos racemos, dum inquit.

Dependent alia pediculis, ut Pira, alia racemis, ut uva Palma.

Plin. lib. 15. cap. 24.

Nunc remanet indagandum de Amomi fructu, cui racemo ſit ſimilis, & qua ratione. Primum autem fieri non poteſt, ut Amomi fructus, qui racemus exiſtit, ſit ſimilis communiſſimo racemo, quia nulla ſpecies ſuo generi ſimilis eſſe dicitur, neque enim homo dicitur

Digitized by Google

dicitur eſſe ſimilis animali. præterea ſi Amomi fructus eſſet ſimilis racemo, communiſſimè accepto, unus & idem fructus eſſet præditus contrariis differentiis, quæ in ipſo genere racemi continentur: quamobrem idem Amomi fructus ſimul eſſet rarus, & denſus, quod nulla ratione eſſe poteſt. Demum Dioſcorides non conſuevit ſpecies plantarum, aut earundem partes declarare ſimilitudine generis communiſſimi, ſed ſolet plantarum ſpecies individuas, ſeu ſpecialiſſimas docere, exemplo alterius ſpeciei extremæ: exempli gratia, folia Amomi, foliis Bryoniæ, Amomi flores, floribus albæ Violæ declarare contendit: Iccirco ex dictis concludendum eſt, Dioſcoridem declarare Amomi racemum ſimilitudine, ſeu exemplo ipſius uvæ. Sed quæ-nam ſit ſimilitudo, quæ inter Amomi fructum & uvæ racemum intercedit, Dioſcorides ipſe docet, dum racemi, vel uvæ conditiones enarrat, dicens, [*Ex ligno convolutus in ſeipſum*] Ad declarandum Amomi fructus figuram Dioſcorides uſus eſt exemplo βότρυος, ſeu uvæ. ſed quoniam βότρυος vox communior eſt, quæ ſub ſe continet racemos uvæ, tum denſos, tum raros, propterea ad omnem removendam ambiguitatem Dioſcorides vocem uvæ genericam coarctat ad illam uvæ ſpeciem, quæ denſis acinis conſtat, atque in ſe ipſam eſt convoluta: Sanè ejuſmodi verba Dioſcorides de uvæ racemo enunciat, non de Amomi fructu, ut demonſtrabimus: ſed quia idem Amomi fructus eſt ſimilis uvæ convolutæ, inde neceſſario conſequitur, ut etiam Amomi fructus ſit ex ligno convolutus in ſe ipſum.

Ex ligno] etſi ligni nomen ſignificare poſſit & integrum Amomi fruticem, & ſingulas illius partes, nempe ſtipitem, ramos, ſurculos, nihilominus tamen hoc in loco denotat tenue ſarmentum, cui uva cohæret; nam ſine ſuo lignoſo fulcimento non conſtaret racemus, ſed reliquæ ligni partes, quæ ab uvæ racemo diſtant, nihil conferunt ad racemi deſcriptionem dilucidandam.

Convolutus in ſe ipſum. ἀντιπεπλεγμένος ἑαυτῷ] ſignificat convolutum in ſe ipſum, vel contraplicatum in ſe ipſum: ſenſus verborum eſt: Amomi fructus eſt ſimilis illi uvæ racemo, qui eſt in ſe ipſum convolutus, ſeu contraplicatus. verùm racemus ille dicitur contraplicatus in ſe ipſum, quià contrariis omnibus locis ſibimet cohæret, & convolvitur: ſunt verò loci differentiæ contrariæ, ante, retrò, ſurſum, deo-

ſum, deorſum, à dextris, & à ſiniſtris, quamobrem undiq; in ſe ipſum convolvitur illæ uvæ racēmus, qui ipſam imaginem fructus Amomi referre debet. Hinc verò patet, duas conditiones eſſe præcipuè neceſſarias ad exprimendam figuram racemi Amomi: una eſt, ut Amomi fructus ex ligno enaſcantur, vel prorſus abſque pediculis, vel ſaltem abſq; longioribus, ne illi in cauſſa ſint ut etiam inter ſe diſtent ipſi acini: ex quibus conſurgat racemus laxus, & rarus, qui adverſetur racemo denſo, & convoluto in ſe ipſum. Altera verò conditio neceſſaria ad racemum Amomi figurandum, eſt, ut ipſius fructus, à quibus racemus efformatur, non ſolum ſuo ligno arctè adhæreant, ſed etiam ſe ipſos tangāt, ut nulla inter eoſdem cadat intercapedo fructibus vacua: nam rari fructus, vel nullum efformabunt racemum, vel rarum, & laxum, convoluto contrarium. Nemo autem dubitare debet, de ejuſmodi participio convolutus, quin ſit referendum ad uvæ racemum, non autem ad fructum Amomi, vel ad eiuſdem plantam, ut perperàm faciunt Recentiores: ſiquidem participium conjungendum eſt cum ſuo proximiore ſubſtantivo, racemo: non cum remotiore, frutice: ex ipſius etiam Plinii auctoritate, qui non frutici, ſed uvæ hanc tribuit conditionem, ut cohæreat, convolvatque ſe. Namq; de adulterato racemo verba faciens, inquit:

Adulteratur foliis mali Punici, & gummi liquido, ut cohæreat, convolvatq; ſe in uvæ modum:

In ſe ipſum ἑαυτῷ] ἑαυτῷ vox relativa noſtram confirmat expoſitionem, vocem convoluti referendam eſſe potius ad proximum ſubſtantivum racemum, quàm ad remotiorem, fructum, vel fruticem. Ex hac verò allata à Dioſcoride uvæ deſcriptione apertè dignoſcitur etiam legitimi Amomi definitio: quæ nobis ante oculos proponere videtur Indicum racemum, qui hac præcipua nota emicat, ut in ſe ipſum cohæreat, atque convolvatur in uvæ modum. Verùm quia Recentiores hoc in loco ſua afferunt argumenta, ad reprobandum Indicum racemum, tanquam illegitimum Amomum, eadem argumenta ſigillatim recitabimus, ſimulq; confutabimus. Primùm, inquiunt, Dioſcorides plantam deſcripſit convolutā, ſed Indicum Amomum eſt racemus convolutus, non planta, quare non eſt Dioſcoridis legitimum Amomum: jam patet ſolutio dubitationis ex

nis ex

Digitized by Google

Dioſcoride, & Plinio, quia uva ipſa convolvitur, non planta. Secundò reprobant Indicum racemum quoniam ipſius acini non convolvuntur ex ligno, ſed diſtincti enaſcuntur. Solvitur dubitatio: Recentiores, negantes Indicum racemum eſſe convolutum, & ſenſui adverſari, & vocis ſignificationem non rectè accipere, ſi enim ex Plinio uva convolvitur, cur Indicus racemus, uvæ perſimilis, non covolvetur etiam? Enimvero Recentiores hallucinati eſſe videntur in hac voce, convolutus, tamquam ſignificet, Amomum alicui rei eſſe circumvolutum, in eodem ſenſu, in quo Ariſtoteles de coitu ſerpentum ſcribebat, illos ſibi invicem circumplicari: illius verba P. de Gener. ſunt, Περιπλέκονται δ' ἀλλήλοις οἱ ὄφεις circumplectuntur ſibi invicem Animalium Cap. 7. ſerpentes. Verum Dioſcorides non dixit, Amomum ſuo ligno circumplicatum eſſe, ſed ſcripſit, ſicuti racemus, ex ligno convolutus in ſe ipſum: ὥσπερ βότρυς ἐκ ξύλου ἀντιπεπλεγμένος ἑαυτῷ.

Recentiores præterea reprobant Indicum racemum, tamquam illegitimum Dioſcoridis Amomum, quoniam inquiunt, ramulo adhæret, herbaceo potius, quàm lignoſo, cum idem ramulus flexibilis, & venoſus appareat: Sanè veriſſimè aſſeritur, Amomi Indici pediculum eſſe flexibilem, & venoſum, ſed inde non ſequitur, eundem ramulum eſſe herbaceum, namque eadem ratione ſurculi Vlmi, Populi, Salicis, qui flexibiles, & venoſi ſunt, non erunt lignoſi ſed herbacei, quod eſt ſummopere abſurdum. Reliquum modo eſt, ut ſicuti Dioſcoridem de Amomi frutice, & racemo loquentem iam expoſuimus, iuxta adhibitam à nobis codici emendationem, ita nunc Dioſcoridis verba, prout leguntur, in vulgata lectione, iterum expendamus, ut inde dignoſcantur abſurda, quæ ex inemendato codice conſequuntur. Duplex eſt autem lectio vulgata, una quidem, quæ græci exemplaris ſeriem ſequitur, altera verò eſt latinorum interpretum, qui perturbant ordinem verborum, quæ in græco codice habentur. Græci verò exemplaris ſeries habet.

Amomum eſt parvus frutex, veluti uvæ racemus ex ligno convolutus in ſe ipſum:)

Adnotabo nonnulla abſurda, quæ lectionem hanc conſequuntur. Primum ſi fruticem exponamus plantam, expertem fructuum, Dioſcorides dupliciter errat, & quia prætermittit deſcriptionem

fructus Amomi utilis ad Medicinæ uſum, & quia figurat plantam infœcundam,atque inutilem,cum idem Dioſcorides ex adverſo infra laudet Ponticum Amomum, fructus plenum. eligatq; Amomū ſeminis plenum: ſi verò fruticem exponamus ornatū ſuis fructibus, inepta eſſet Dioſcoridis comparatio, quæ confert rem compoſitā, ſimplici, nempe fruticem, cum ſuis fructibus, ipſi racemo, qui eſt fructuum congeſtio. Præterea ex ipſis Dioſcoridis verbis non apparet,num tota planta cum ſuis fructibus ſit ſimilis uvæ, an potius ſolus Amomi fructus ſit uvæ racemo ſimilis, neque patet, quo pacto frutex ſit ſimilis uvæ. Enimvero ſi ſolus Amomi fructus eſt uvæ ſimilis,Dioſcorides fruſtra commemorat, atq; declarat fruticem,longè diverſum ab ipſo racemo: quapropter noſtra codicis emendatio admittenda eſt, atque legendum eſt:

Amomum eſt parvus frutex (cujus fructus eſt) ſicuti uvæ racemus.

His enarratis abſurdis aliud accedit: ſi hanc eandem lectionē ſequamur. Nam hujuſmodi uvæ exemplum, quo Dioſcorides Amomi fruticem declarat, videtur rarum, & inuſitatum, quoniam Dioſcorides conſuevit proportionem ſervare, atque docere plantas ſimilitudine plantarum, folia foliorum, flores florum, fructus fructuum comparatione dilucidare ſolet.ſiquidem hoc capite declarat Amomi folia, folijs Vitis albæ: Amomi flores, floribus albæ Violæ: ſed alibi fructus racemoſos docet aliorum fructuum racemoſorum exemplo: namque De Tilia, inquit,

Lib 1.cap.117. *Fructum habet veluti in uvæ racemis hærentem.*

Lib 3. cap. 127. De Ambroſia ſcribit:

Caules habet, refertos ſeminibus parvis uvis.

Lib. 5. cap. 11. De Vite Silveſtri dicit:

Fructum habet, uvulis parvis ſimilem.

Sed quia Recentiores vulgarem inſequentes lectionē,exiſtimant, Dioſcoridem declarare Amomi plantam, exemplo ipſius uvæ, illorum partes erant,oſtendere etiā alia Dioſcoridis loca,in quibus plātas ipſas comparatione fructuū illuſtraverit. Adhæc uvæ exemplum ineptum eſt ad exprimendum fruticem quia inter fruticem,& uvæ racemum nulla reperiri poteſt ſimilitudo: neq; vera, & propria, neque etiam metaphorica: Vera quidem non eſt ſimilitudo,ſiquidem partes, quæ fruticem conſtituunt, longè differunt ab ijs particulis, quæ

Digitized by Google

lis, quæ efformant uvæ racemum, namque frutex ramis, & ſurculis conſtat, uva verò coaleſcit ex lignoſo ſuo fulcimento, & fructibus acinoſis unà congeſtis. Præterea frutex non poteſt eſſe racemo ſimilis, quia fruticis figura longè diſtat à racemi figura, ut ipſe ſenſus docet. Recentiores autem quandam excogitarunt ſimilitudinem, communem Amomi plantæ, & uvæ racemo, quam vocarunt connexionem, ſeu adhærentiam partium, tum fruticis, tum uvæ. Verum ſi Amomi frutex & uvæ racemus conveniunt inter ſe in hac communi partium cohærentia, ejuſmodi cohærentia eſt ſimilitudo tenuiſſima, longè petita, atque indigna prorſus Dioſcoridis diligentia. Ulterius eadem adhærentia partium non eſt per ſe ipſa ſufficiens ad conſtituendum veram ſimilitudinem, inter Amomi fruticem, atque uvæ racemum: namque ſicuti nemo diceret unquam ſurculorum faſciculum arctè unà colligatum eſſe ſimilem uvæ, ita neque affirmare licet, fruticem ſibimet cohærentem, eſſe uvæ æmulum. Eadem ratione inter fruticem, & uvæ racemum non poteſt reperiri ſimilitudo metaphorica, niſi in eodem frutice aliquæ reperiantur particulæ, quæ acinis racemorum proportione reſpondeant; ſi enim exempli gratia fingamus, Amomi fruticem eſſe infæcundum, ſed valde odoratum, atq; ſuapte natura ſibimet cohærẽtem, atq; multò arctius, quàm ipſa ſibi adhæret Roſa hiericũtina ſicca, nihilominus tamẽ idem frutex Amomi non erit ſimilis uvæ, quia & veris fructibus deſtitutis ſupponitur, & quia ipſius rami, & ſurculi nullo modo poſſunt referre imaginẽ acinorum, ex quibus racemus componitur. Poſtremò, lectio communis abſurda videtur, quia fruſtra Dioſcorides tẽtat exemplo incongruo, & longè petito ipſius uvæ exprimere ramulorũ Amomi aſtrictionẽ, quàm poterat breviſſima quidem, ſed perſpicua oratione circumſcribere, ſub ejuſmodi verbis: Amomũ eſt parvus frutex, cujus rami, & ſurculi ſuo ſtipiti, & inter ſe arctè adhærent. Verũ ſi latinorum interpretum lectionẽ ſequamur, non minora conſequentur abſurda: legunt latini,

Amomum exiguè fruticat ex ligno ſe convolvens in uvæ modum.

Hujuſmodi lectio pluribꝰ de cauſis repudianda venit. Primũ quidem, quia illa ſenſum Dioſcoridis immutat, dum verborũ ſeriẽ perturbat: namq; ſicuti vera græci codicis lectio docet, racemũ ex ligno ſe convolvi in ſe ipſum, ita ex adverſo latinorum expoſitio affirmat,

fruticem ipſum eſſe convolutum in ſe ipſum. Deinde latinorum lectio repudianda eſt, propter eiuſdem obſcuritatem, namque ex illa divinare magis licet, quàm intelligere, quid ſibi velit Dioſcorides his verbis.

Amomũ eſt exiguus frutex, ex ligno ſe convolvens in uvæ modum. ſi enim opinionem ſequamur Recentiorum, dicentium, Amomi fruticem eſſe præditum ramis, & ſurculis, qui ſuo ſtipiti arctè adhæreãt, oratio obſcuriſſima eſt, parum accommodata ad ſignificandum fruticis Amomi aſtrictionem, quia neq; ſtipitis, neq; ramorum ulla fit mentio diſtincta: nam voces ligni, & fruticis communi ſua ſignificatione confuſè tantùm comprehendunt integram plantam, & ſingulas illius partes, nempe ſtipitem, ramos, ſurculos: His etiam accedit, incredibile videri, reperiri ejuſmodi plantam, cujus rami ſuo ſtipiti adeò adſtrictim adhæreant, quemadmodum ſibimet faciunt uvæ racemi. Obſervo hoc in loco, erraſſe Recentiores illos qui nuper adverſus Indicum Amomum ſcripſerunt: ſiquidem illi vocem Βότρυος in ampliſſima ſua ſignificatione racemi acceperunt, hoc pacto legentes. *Amomum eſt parvus frutex in ſe ipſum convolutus, veluti racemus.* Ex hac verò lectione ſequitur falſum, & impoſſibile: falſum quidẽ, quia ſi Amomi frutex convolvitur in ſe ipſum veluti racemus, inde ſequitur, omnem racemum eſſe convolutum, quod prorſus eſt falſum, nam racemorum aliquos denſos eſſe, alios verò raros eſſe, & ſparſos, ipſa docet experientia: ſed ex eadem lectione conſequitur etiam impoſſibile, ſi enim Amomi frutex in ſe ipſum convolvitur, veluti racemus, inde ſequitur, eundẽ fruticem ſimul eſſe denſum, & rarum, quod fieri nequit, quod verò racemi vox generica in ſe contineat contrarias differentias, non eſt difficile exemplis comprobare. in Muſæo Ioannis Penæ, amici mei optimi, Piperis racemos raros eſſe, & ſuo ramulo adhærentes videmus, ſed Cardamoni, cujus picturam dedimus, racemos eſſe raros, & ſparſos: Indici verò Amomi racemos eſſe denſos, & in ſe ipſos convolutos. Verùm uvæ racemos pleroſq; eſſe denſos, aliquos etiam eſſe raros, ipſis oculis perſpicimus: Plinius etiam, ubi de Hedera verba facit, racemos partitur in denſos, & raros: verba illius ſunt,

Plinius Lib. 16. cap. 38. *Aliſ denſus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi: Item Selenitium, cujus eſt minor acinus, ſparſior racemus.*

cemus. Ergo ex dicitis iam concludendum eſt, ſi vulgata lectio tum græca, tum latina tot tantasque habet annexas difficultates, codicem ita emendandum eſſe, ſicuti nos fecimus ſuperiùs, legendumque eſſe, *Amomum eſt parvus frutex, cujus fructus eſt, ſicuti uva racemus, ex ligno convolutus in ſe ipſum:* Sed proſequamur incæptam interpretationem.

Habet autem, & florem parvum, veluti albæ violæ, folia verò viti albi ſimilia.]

Etſi Dioſcoridis verba clara, & perſpicua ſunt, nihilominus tamen in illis occurrunt nobis aliqua, quæ digna ſunt animadverſione. Prima eſt obſervatio, Dioſcoridem ſermonem continuare de Amomi frutice (quod enim flores, & folia habet, eſt ipſe frutex) cum verò antea docuerit, Amomi fructum ſimilem eſſe uvæ racemo, qui ex ligno convolvitur in ſe ipſum, nunc ejuſdem fruticis flores, & folia deſcribit: ita autem conjungit florum, & foliorum deſcriptionem ad antecedentia, ut nemo inficiari poſſit, quin antea Amomi fructum figuraverit, quemadmodum nos etiam expoſùimus. Nam cum Dioſcorides gemina conjunctione nunc utatur, dicens [*Habet autem, & florem parvum,*] hujuſmodi conjunctiones planè manifeſtant, Amomi fruticem præter folia, & flores, habere etiam in ſe aliud quidpiam, quod fuerit antea expreſſum, id autem aliud eſſe non poteſt, niſi fructus ipſius Amomi. Præterea obſervo, Dioſcoridem primo loco Amomi fructum, poſtea verò flores, & folia figuraſſe, neglexiſſeque propterea ordinem ipſius naturæ: quæ primum flores, deinde fructus profert. Namq; Amomi fructus notiores floribus, & foliis primum ſibi vendicant locum in hac doctrina: ſiquidem ex Plinio conſtat, Amomi fructus fuiſſe in uſu, minimè verò flores, aut folia, eiuſdem Amomi. Ex dictis verò colligo, veriſimile eſſe, foliorum, & florum Amomi hiſtoriam Dioſcoridem accepiſſe potius ab aliis ſcriptoribus, quàm quod Amomi flores, & folia ipſemet unquam viderit: præſertim cum certi ſimus, Dioſcoridem nunquam Indiam, aut Arabiam peragraſſe, qui ſcriptum reliquerit, Caſſiam juxta odoriferam Arabiam gigni, & Balſamum in ſola Iudæa, & in Ægypto naſci. Hac certè ætate ſicuti eſt nobis ignota Amomi planta, ita ejuſdem flores, & folia ſunt nobis etiam incognita. Demum animadverto locum, in quo Dioſcorides, flores

Digitized by Google

florum; folia, verò foliorum ſimilitudine manifeſtat; unde patet fallacem interpretandi rationem eſſe illorum, qui Amomi plantam exprimere contendunt exemplo ipſius vel uvæ racemi.

Optimum eſt Armeniacum, quod ad auri colorem inclinat, habetq; lignum ſubcirrum, odoratum valde: ſed Medicum, quia in campeſtribus & aquoſis locis naſcitur, invalidius. eſt autem magnum, & ſubviride, & ad tactum molle, venoſum ligni, quod ad Origani odorem accedit. Ponticum verò ſubcirrum, non longum, nec frangenti cōtumax, racemorum, fructus plenum, atque odore ſenſum feriens.

Poſteaquam Dioſcorides Amomi plantā, atque ejuſdem fructus, flores, & folia deſcripſit, nunc tres Amomi ſpecies (ut ſic dixerim) recenſet, & invicem comparat, nempè Armeniacum, Medicum, Ponticum, ſingulorum verò proprias notas affert, ut viam nobis patefaciat ad optimum Amomum eligendum: ſunt autem hoc in loco aliqua digna inquiſitione. Primum autem eſt, an Amomum naſcatur in Armenia, Media, Ponto; cauſſæ verò dubitādi plures ſunt: Prima quidē, quia Theophraſt⁹ antiquitùs adnotavit quæ ſequūtur.

Lib. 1. de hiſt. plant cap. 19. *Cetera odorata partim ex India, Syris advehuntur, indeq; mittuntur ad mare, partim ex Arabia deportantur.* Confirmantque probatiſſimi neoterici hiſtoriographi pleraque Aromata in India naſci, pauca vero in Arabia. Ad hæc Plinius ſcribit, Amomum in India provenire, his verbis:

Amomi uva in uſu eſt Indica vite labruſca.

Quibus accedit, Dioſcoridem perſæpe exoticarum plantarū ſuas ignoraſſe regiones, quod appoſitis exemplis manifeſtū fiet. Scribit enim, Cardamomum ex Comagene Armenia, Boſphoroq; devehi, in India quoq; & Arabia provenire: Caſſiam juxta odoriferā Arabiam gigni: Coſtum Arabicum, & Syriacum eſſe: Balſamum in ſola Iudea, & Ægypto naſci: Rhaponticum in Boſphoro Thracio naſci, unde devehitur: attamen ferè omnia falſa ſunt, quoniā aromata pleraq; in India naſcuntur, pauca verò in Arabia, ut Thus, Myrrha, Balſamum, Rhaponticum apud Sinenſes, Iccirco veriſſimum eſſe puto, Amomi plantam indigenā eſſe Indiæ, ex qua olim deferebatur primum in ſinum Perſicum, mox in Mediam, Armeniam, Pontum importabatur, inde verò in Græciam, & Italiam perveniebat. Equidem cenſeo, ſi Amomū in Media, Armenia, Ponto naſceretur, haud difficile eſſe,

Digitized by Google

cile eſſe,hoc tempore ex illis regionibus illud exportare. Secunda ſuccedit dubitatio,ſed minoris momenti,an tres ſint Amomi ſpecies,ſcilicet Armeniacum,Medicum, Ponticũ,vel potius ſint tria individua ſub unica ſpecie: Hujus dubitationis ſolutio meo judicio hoc tempore haberi non poteſt,ob Indici Amomi penuriam, quia ad nos adferuntur pauci ſolùm racemi, ſejuncti à ſuis plantis,unde fit,ut ſingulas Amomi differentias exactè contemplari nobis non liceat,ſi verò quandoq; evenerit, ut in Europam importetur grandis Amomi copia,in qua etiam inſint Amomi plantę,ſuis racemis onuſtæ, tunc utiq; licebit, minutiſſimas quaſq; Amomi differentias obſervare,ſimulq; huic atque aliis de Amomo controverſiis finem imponere. Poſtrema eſt dubitatio,an tres Amomi ſpecies,de quibus Dioſcorides agit, ſint ſoli frutices, an ſoli racemi, an verò frutices ſuis etiam racemis ornati: cauſſa verò dubitandi eſt, quia ex allata à nobis expoſitione auctor Amomi tum fruticem, tum racemum figuravit; Enimverò ſi noſtra opinio vera eſt, quam inferius cõfirmabimus, ſolos Amomi racemos à veteribus in prætio habitos fuiſſe, tamque utiles ad medicinæ uſum, credendum eſt, Dioſcoridem nunc de racemis pertractare, non de fruticibus,ne tempus fruſtrà conterat in docendis rebus inutilibus: nos autem in ipſis Dioſcoridis verbis interpretandis oſtendemus, noſtrum auctorem de racemis,non de fruticibus verba facere.

Optimum eſt Armeniacum, quod ad auri colorem inclinat, habetq; lignum ſubſcirrum.

Etſi ſolũ natale Amomi exiſtat ipſa Indiæ orientalis regio,ex qua Amomum olim deferebatur in Mediam, Armeniam, & Pontum, indeque in Græciam,,& Italiam perveniebat,nihil tamen prohibet, à veteribus herbariis obſervatas fuiſſe tres Amomi ſpecies, ſuis coloribus, & odoribus,eo modo diſtinctas, quo Dioſcorides figurat Amomum Armeniacum,Medicum, Ponticum.

Optimum eſt Armeniacum] Amomũ Armeniacum eſt optimũ nõ ſimpliciter,ſed comparatũ,ad Amomum Medicũ, quod ſtatim reprobat tamquã invalidũ: Nam quod ſpectat ad Amomum Ponticũ, illud ab Armeniaco differt colore, non bonitate, ſiquidem Dioſcorides docet etiam, Ponticum Amomum eſſe præſtantiſſimũ,quia:

Racemoſum eſt, fructus plenum, odore ſenſum feriens:] ſanè Amomi bonitas

mi bonitas duplex exiſtit, ſpeciei una, qua Amomum Armeniacum præſtantius dicitur ipſo Medico: altera Amomi probitas, eſt ipſius ſingularis Amomi propria, quā dignoſcimus ex Amomi novitate, integritate, gravitate, ex ſimilibus ſignis, quæ naturas ſingulares concomitantur, non univerſam ſpeciem: Dioſcorides autem infra in eligendo optimo Amomo recenſet notas, quibus ſingularis Amomi virtutem cognoſcere liceat.

Quod ad auri colorem inclinat, habetq́; lignum ſubcirrum χρυσίζοντα χρόα, non ſignificat Armeniacum Amomum ipſomet auri colore præditum eſſe, ſed ad auri colorem inclinare: ſanè ejuſmodi color eſſe videtur medius inter album, & aurum, quem Plinius pallidum, atque ſecundæ bonitatis vocat. Hunc pallidum colorem etiam in racemis Indicis obſervavimus.

Ligno ſubcirro] ligni nonen intelligendum eſt tenue ſarmentum, cui racemus hæret: Hujus ligni Dioſcorides ſupra mentionem fecit, *Ex ligno convolutus in ſeipſum*; & infra inquit: *Venoſum lignis.* Quod autem Armeniacum Amomum apud Dioſcoridem racemus ſit, non frutex, inferius oſtendemus.

Subcirrum] ὑπόκιῤῥον obſervant viri docti, colores eſſe affines ὦχρον, κιῤῥον, πυῤῥον καὶ ξάνθον. Hoc eſt luteum, fulvum, igneum, atq; ruffum: ſola intenſione, & remiſſione inter ſe differentes. Sanè Dioſcorides colorem cirrum tribuit fructibus racemoſis vitis albæ, colorem verò ſubcirrum tribuit Pontico Amomo. Galenus verò cirrum colorem, in vitis medium ſtatuit inter albū, & nigrum, unde cirrus color videtur ex ruffi, & rubri coloris cōmixtione enatus. quapropter ſubcirrus color etiam magis ad fuſcum verget, quàm ſubaureus, quem Dioſcorides Armeniaco Amomo tribuit. Ex hac verò colorum diverſitate, qua Dioſcorides ſeparat ab invicem Armeniacum Amomum, ad aurum vergens, à ligno ſubcirro, colligendū eſt, Armeniacum Amomum apud Dioſcoridem, eſſe racemum, lignum verò eſſe racemoſi fructus fulcimentum, propterea quod in racemis duos quandoq; obſervamus colores, acinorum unum, pediculorum, & ligni alterum: videmus enim in uvæ, & hederæ racemis acinos purpureos, pediculos verò herbaceos eſſe. Quòd verò Dioſcorides Armeniaci Amomi nomine non intelligat fruticem, ſicuti Recentiorum aliqui opinantur, nō eſt difficile oſtendere: Primum enim

enim ejuſmodi expoſitione ſenſus verborum obſcuriſſimus redditur: nam, ſi Armeniaci color ſubaureus eſt ipſius plantæ Amomi, nulla ejuſdem pars remanebit, colore ſubcirro prædita. ex adverſo etiam, ſi tota planta eſt ſubcirra, nulla relinquitur pars ſubaurea. ſi verò quiſpiam credat hanc partem fruticis eſſe ſubauream, illam verò ſubcirram, ejuſmodi expoſitio erit figmento ſimilis, propterea quod ipſa Dioſcoridis verba non indicant nobis, quæ fruticis pars ſit ſubaurea, & quænam ſit ſubcitra, quoniam ligni vox & integrum fruticem, & ejuſdem etiam partes nempe ſtipitem, ramos, ſurculos, ſignificare poteſt. Præterea Dioſcorides in electione optimi Amomi non deſcribit fruticem, ſed racemum, quem candidum, vel ſubrubrum eligit, & Plinius colores ruffum, pallidum, candidum quos ſuo Amomo tribuit, in ipſo racemo collocat, non in frutice, ut ſuis locis declarabimus. Ex his noſtra confirmatur expoſitio, Dioſcoridem de racemo Armeniaco in præſentia loqui, quem admonet, colore ſubaureo præditum eſſe, lignum verò habere ſubcirrum. Num verò quiſpiam Amomi racemus reperiatur, qui Armeniacum Amomum referat, quia acinos habeat ad auri colorem vergentes, lignum verò ſubcirrum, iſti non repugno, quin reperiri poſſit, attamen fateor, me nondum obſervaſſe: namque in noſtris Indicis racemis acinorum, & ligni, colorem unum, & eundem ſpectamus, qui vel ſubaureus, vel candidus, vel ſubruffus exiſtit.

Odoratum valde εὐῶδες ἱκανῶς) εὐῶδες ſignificat benè olens: vox enim generica eſt, & latiſſimè patet, atq; comprehendit omnia, quæcunque bonum ſpirant odorem, ſeu aromata ſint, ex quibus veteres exotica, & ſumptuoſiſſima unguenta parabant, ſeu flores, & herbæ vulgares ſint, quæ aliquo modo benè oleant: εὐωδία verò ſub ſe continet plures boni odoris differentias, ſed innominatas, quia peſſimè omnium animalium odorat homo: quamobrē etſi in Nardo, junco, Cinnamomo, Coſto, Amomo odoris ſuavitas diſſimilis exiſtat: quia tamen caremus nominibus proprijs, quæ ſingulas odorū differentias exprimant, communi evodiæ genere utimur. Dignum autem eſt inquiſitione, cur veterum odores hoc tempore nobis malè oleant, duplex videtur ſtatuenda cauſſa: una quidem natura ipſa, quæ ſicuti plerunque in unica planta ſapores diverſos & contrarios etiam

Digitized by Google

permiſceat, ſuavem, acidum, auſterum, amarum: ita & odores contrarios in eadem compoſuit planta ſuavem, & malè olentem, ut Theophraſtus ſcribit. Lib. de odoribus, Altera verò ejuſdem effectus cauſſa in nobis ipſis exiſtit, qui nunc aſſueti cum ſimus ſuaviſſimis odoribus ſentiendis Moſchi, Ambræ, & id genus alijs odoramentis, delicatiores evadimus, ob idque priſcorum odores ſpernimus, Nardi ſpicam, Amomum, & ſimilia. Hinc colligitur, Amomi ſuaveolentiam conferendam eſſe cum veterũ aromatibus Nardo, Cinnamomo, Iunco odorato, & ſimilibus, non cum Ambra, Moſcho, & reliquis. Hoc ſi obſervaverimus in explorando odore Indici racemi, nõ dubito, quin noſter hic racemus cum veterum odoribus de ſuavitate contendere poſſit, atque inter illos præcipuum locum obtinere.

Valde ἱκανῶς] vox, valde, adauget odoris *εὐωδίαν*, id quod duobus modis intelligi poteſt, uno quia Armeniaci Amomi odor ſit temperatus, & ſuavis, talis penè, qualis eſt roſæ odor, vel qualis inter colores eſt ipſe cæruleus, qui cum inter album, & nigrum medius exiſtat, iucundiſſimum viſui affert oblectamentum. Altero verò modo, Amomum Armeniacum poteſt eſſe valdè odoratum, non quia mediocri, & temperato odore ſit præditum, ſed potius valido, & vehementi, qui ſenſum vehementer feriat, ſed Amomum Armeniacum valde odoratum ea ratione eſſe, quia ſenſum vehementer percutiat, ex Dioſcoride, Theophraſto, & Plinio poſſumus intelligere. Nam cum Dioſcorides ſcribat, Ponticum Amomum ſuo odore nares ferire, ex Pontici odore facere poſſumus conjecturam, etiam Armeniaci odorem eadem ratione eſſe validum, quia ſenſum odoris feriat: Lib. de odoribus, Theophraſtus verò Amomo tribuit odoris vehementiam his verbis: *Vehementiora parcius adhibent, ut Coſtum, & Amomũ.* Sed Plinius eandem odoris vehementiam confirmat, dum de unguentis ait: *Acutiora fiunt Coſto, & Amomo, quæ maximè nares feriunt.* Sanè Indicum racemum vehementer nares excitare, veriſſimũ eſt, quamvis aliqui Recentiorum, id ipſum negare non erubeſcant. Vtrum verò ſolus racemus Amomi odoratus ſit, an prætera etiam virgulta, & folia etiam odorata ſint, in interpretanda Pliniana Hiſtoria de Amomo declarabimus.

Sed Medicum, quia in campeſtribus, & aquoſis locis naſcitur, invalidius: Eſt autem magnum, & ſubviride, & ad tactum melle, venoſum ligni

lignis, quod ad Origani odorem accedit.

¶. Cum Dioſcorides Armeniaci Amomi deſcriptionem modò attulerit, nunc Medici vocati Amomi affert proprias notas, quibus illud ab Armeniaco ſejungit.

Sed Medicum, quia in campeſtribus, & aquoſis locis naſcitur, invalidius.] Cauſſam reddit, cur Amomum Medicum ſit imbecillius, quia in locis humidioribus provenit: quam rem Theophraſtus & Dioſcorides animadvertunt: Theophraſtus inquit: *Nam quæ terra uliginoſa proveniunt, aquam ſapiunt, atque inolida ſunt:* Sed Dioſcorides dicit eſſe invalidiora. **Theophraſtus lib 2 de cauſ- ſis Plantarum Dioſc: lib. 1. in proœmio.**

Invalidius] Vox quidem comparativa eſt, ſed tamen poteſt etiam obtinere ſignificationem poſitivam: ſi vox Invalidius habet ſignificationem poſitivam, modò jam allatæ expoſitioni nihil ſuperaddendum: ſi verò vox ſignificationis eſt comparativæ, dilucidanda, eſt comparatio, declaratis ipſis terminis comparationis. In omni autẽ comparatione ſunt & res ipſæ cõparatæ, & qualitas comparata proculdubio autẽ Dioſcorides cõparat Medicum Amomũ, Armeniaco nõ Pontico, quia cõparatio omnis fit ad illa, quæ nota ſunt, non ad incognita, hucuſq; autem Armeniacum declaratum fuit, Ponticũ verò Amomum inexplicatum eſt, & incognitũ, (etſi negari non poſſit quin Amomũ Medicũ impotentius ſit ipſo Pontico) Verum qualitas comparata, quæ utriſque Amomi ſpeciebus cõmunis eſt, nil aliud eſſe poteſt, præter ipſum odorẽ: cum ſcripſerit Dioſcorides, Armeniacum Amomum eſſe odoratũ valde. Quoniam verò Armeniacũ Amomum racemũ eſſe, non fruticem jam docuimus, inde fit, ut etiã Medicum Amomũ racemus exiſtat. Si enim Armeniacũ exponeremus eſſe racemum, Medicum verò diceremus eſſe fruticem: inepta eſſet comparatio plantæ ad fructum, ex qua comparatione etiã ſuſpicari liceret, Medicum Amomum invalidius ea ratione eſſe, non quia in locis aquoſis enatum eſſet, ſed quia fruticis odor ſuapte natura eſſet imbecillior odore ipſius racemi. Præterea, cum Dioſcorides triplex faciat Amomum, utq; unumquodq; ab alijs diſtinguat proprijs notis: tres hæ Amomi vel ſpecies, vel individua, ſub uno cõmuni genere, vel una cõmuni ſpecie continẽtur: quod ſanè genus vel fruticẽ, vel racemũ eſſe oportet: unde fit, ut ſi trium ſpecierum Amomi, una ſub racemo contineatur, reliquæ duæ etiam ſpecies ſub racemo eodẽ

contineantur, quamobrem cum Armeniacum Amomũ ſub racemo comprehendatur, neceſſe eſt, ut etiam Medicũ ſub eodem racemo contineatur: Quia verò Medicum imbecilliore odore præditũ eſt, quàm ſit Armeniacũ, ex odoris imbecillitate iudicandũ eſt, Medicũ Amomum non ſolùm ad vnguentorum compoſitiones eſſe minus accomodatum ipſo Armeniaco, verùm etiam ad Antidota componenda eſſe minus utile.

Eſt autem magnum) cum Auctor ſcribat Medici Amomi racemũ eſſe magnum neq; alterius Amomi ullam mentionẽ faciat, inde colligendum eſt, Medicum racemum ſua magnitudine ſuperare, & Armeniacum, de quo antea loquutus fuit, & Ponticum racemum, de quo eſt mox verba facturus: Eſt autẽ magnus racemus, qui vel multis conſtat acinis, vel parvis, & grandioribus: ſed acinorum magnitudo, & multitudo habent ſuam peculiarem cauſſam ipſius agri uliginem, in quo provenit Amomum. Verùm cum Dioſcorides Medicum Amomum magnum reprobet, tamquam invalidum, atque infra eligat ſimile parvis uvis, inde etiam apparet Dioſcoridẽ hoc in loco de racemo loqui, non de frutice Amomi, ut perperã exiſtimãt Recentiores aliqui, quorũ expoſitio præterea etiã reprobatur, quia, etſi ex ejuſmodi expoſitione nulla conſequatur cõtradictio in Dioſcoridis verbis, (quoniam ſuperius dixit, Amomum eſſe parvũ fruticẽ, nunc verò ſcribat Medicum fruticẽ magnum eſſe) negari tamẽ non poteſt, quin hujuſmodi oratio ſimpliciter, & indiſtinctè prolata ſit admodum obſcura, quæ longioribus diſtinctionibus indigeat, quò nobis perſpicua evadat.

Et ſubviride) ſi cum Recentioribus Medicum Amomũ ſubviride exponamus fruticẽ, illa coloris ſubviridis obſervatio in ipſo frutice erit prorſus plebeja, & vulgaris, atq; indigna viro perito rei herbariæ, cum nihil doceat proprium Amomi fruticis, ſed tradat ſolum quandam qualitatem communẽ, Herbis, Fruticibus, Arboribus. At ex adverſo idem ſubviridis color ſi racemo Medico aſſignetur, denotat rẽ animadverſione dignam, nempe notam, qua idẽ racemus Medicus, ſejungitur ab Armeniaco ſubaureo, Pontico verò ſubcirro: Iccirco ſubviridis color eſt racemo adſcribendus, præſertim quia ſubaureũ colorẽ Armeniaci Amomi ipſius eſſe racemi iam docuimus, & quia etiam Plinius tribuit colorẽ ſubviridem, ſeu herbaceũ ipſis Amomi racemis.

Digitized by Google

racemis, non fruticibus, ut ſuo loco clarum faciemus: Sanè cum ſubviridis color commixtus ſit ex viridi, & alio quopiam colore, exiſtimo, hanc commixtionem conſtitutam eſſe, ex pallido, & exiguo viridi, ut ex Plinio ſuo loco oſtendam: ſubviridis autem coloris cauſſæ eſſe poſſunt, vel quia racemus ante maturitatẽ fuerit decerptus, vel quia propter loci humiditatem, in qua natus fuerit, ad completam maturitatem provenire non potuerit.

Et ad tactum molle,] ἁπαλὸς ſignificat, tum molle, tũ fragile: Proſequitur autem inceptum ſermonem de Medico racemo, quem mollem, ſeu fragilem eſſe ſcribit, cujus rei cauſſa duplex aſſignari poteſt, vel quia Amomi racemus venis, & nervis prorſus careat, ſed carne, & humore cõſtet, vel quia racemus Medicus nervos quidem, & venas poſſideat, vel imbecilliores, quæ ob ipſam loci humiditatem ſuam naturalem duritiem conſequi non potuerunt.

Venoſum lignis] racemi duæ ſunt partes, una quidem fructus conglobati, altera verò lignum, quod racemum ſuſtinet: nam cum Dioſcorides hoc cap. te ter ipſius ligni faciat mentionem, ubiq; denotat ramulum, qui ipſos racemoſos fructus fert.

Venoſum] Medicum Amomum venoſum eſt, non ſuis fructibus ſed lignis, imò ſuis fructibus eſt ad tactum molle, ſeu fragile: fragile autem. & venoſum ſibi adverſantur, ut monſtrabimus: Nam ſicuti fructus fragiles, ſeu molles fiunt, ob duplicem cauſſam, vel quia nervis, & fibris careant, vel quia nervos, & fibras imbecillas habeant, ita oppoſito modo, Venoſum lignum eſt, vel quodcumque nervis, & fibris præditum eſt, vel quod nervos, & fibras robuſtas, & validas poſſidet. Theophraſtus autem dum deſcribit ſimilares plantarum partes, nempe nervos, venas, humorem, carnẽ, ita eas delineat, Lib. 1. de Hiſt. Plant. c. 4.

Habet enim, quodammodo nervum, quod continuum fiſſile, prælongumq; eſt, ſed inſociatile. germiniſq; infœcundum, Vena ipſa cætera nervo ſimiles, ſed majores, craſſioresq; ſunt, & ramulos, humoremq; habentes, lignum fiſſile eſt, caro omnibus dimenſionibus dividi poteſt, & poſtea, *folia verò ex humore, & carne conſtant:* Iccirco ſi fragile ſignificat id, quod ſecundum omnes dimẽſiones diviſibile eſt, quia venis, & nervis careat, Venoſum ei opponitur, quod ſecundum longitudinem ſolum fiſſile eſt: ſi verò fragile eſt, quod nervos, & venas imbecillas habet, ei opponitur venoſum, in quo ſunt robuſtæ venæ, & nervi.

Hinc patet, Dioſcoridē nunc etiam de racemo nō de frutice loqui, nam ſi frutex venoſus erit, ſicuti pleriq; interpretes exponunt, quid erit ad tactum molle, ſeu fragile? nihil prorſus.

Odore ad Origanum inclinantes: ὀριγανίζει τῇ ὀσμῇ.] nō denotat odorē origani, ſed quod accedit ad Origani odorem. Verum cū Dioſcorides Amomo Medico adſcripſerit qualitates iſtas, quas vel ſuiſmet ſenſib⁹ obſervavit, vel ab aliis accepit, ingenuè fatemur, inter racemos Indicos, quos vidimus, nullū adhuc nos obſervaſſe ſubviridē.

Ponticum verò ſubſcirrum, non longum, neque fractu contumax, racemoſum fructu plenum, atque odore ſenſum feriens.

Tertium eſt Amomi genus, quod à Dioſcoride Ponticum dicitur, atque circumſcribitur proprus notis, quibus etiam ſejungitur ab Armeniaco, & Medico Amomo.

Ponticum verò ſubcirrum.] Cirrus color ex ruffo, & rubro commixtis enaſcitur, ut ſuperius diximus, ſed ſubſcirrus ex pallido & cirro fit, ut ex Dioſcoride jam jam probabimus. Sanè ex Indicis racemis aliquos obſervavimus ſubcirros, eodemq; cæteris præſtantiores, cum odoratiores ſint, & graviores: Verùm Ponticū Amomum eſt racemus, non frutex, nam qua ratione Armeniaci color ad aurum vergens, Medici verò ſubviridis, eſt ipſius racemi non fruticis, eadem ratione etiam color ſubcirrus eſt racemo aſſignandus, non frutici, præſertim cum Plinius colorem ruffum racemis tribuat, non frutici, ut ſuo loco palàm faciemus.

Non longum] Si Medici Amomi racemus, magnus eſt, eſt etiam longus: huic Dioſcorides opponit, Ponticum, non longum, de racemo autem loquitur, non de frutice, namque inferius etiam eligit non plantam, ſed fructum ſimilem parvis uvis. Si verò Dioſcorides in præſentia de frutice verba faceret, vel Amomi fruticis, deſcriptionem fruſtrà repeteret, vel ſupervacaneam obſervationem deſcriberet, quoniam enim jam docuit, Amomum eſſe parvum fruticem, fruſtrà nunc revocaret ad memoriam, Amomi parvum fruticem non eſſe longum, quis enim eſt, qui credere unquam poſſet, Amomum ſimul eſſe parvum fruticem, atque eſſe longum?

Neque fractu contumax] Amomum Medicum, & Ponticū quodammodo ſibi adverſantur. namq; Amomum Medicum ſubviride eſt & invalidum: Ponticum ſubcirrū & ſuo odore ſenſum feriens. Prætèrea Amomum Medicum etiam fragile eſt: hinc quiſpiam ſuſpicari fortè poſſet, Amomum Ponticum eſſe durum, & fractu contumax

tumax: Iccirco Dioſcorides ad removendam adeò probabilem ſuſpicionem, admonet nos, Amonium Ponticum non eſſe fractu contumax, veluti, exempli gratia, eſt Cardamomi fructus: ex his autem intelligere poſſumus, Ponticũ Amomũ mediam obtinere conditionẽ inter duritiem Cardamomi, & Medici racemi fragilitatem.

Racemoſum βοτρυώδης] βότρυς duas obtinet ſignificationes, ſicuti admonuimus: ſignificat enim peculiariter uvæ racemum, & denotat etiam omnem univerſaliter racemum: quamobrem racemoſi vox ſignificat fructũ ſimilem uvæ, vel ſimilem racemo, cõmuniter accepto. Verùm quia jam cõprobavimus ſuperius, quod Amomi fructus eſt veluti uva, non autem veluti racemus in communi: iccirco ne Dioſcoridem incõſtantem faciamus, hoc in loco exponere oportet, Ponticum Amomum eſſe racemoſum, quia uvæ effigiem habeat, non racemi, tantum communiter ſumpti: ſed quia nemo poteſt in dubium revocare, quin Indicum Amomũ ſimile exiſtat uvæ racemo, inde etiam colligitur, eſſe verum, & legitimũ Dioſcoridis Amomum. Sanè Amomũ racemoſum ſignificat fructũ, non plantam, ut perperam Recentiores ſcribunt, namq; vox racemoſi apud Dioſcoridem eſt cognomen fructus, non plantæ, aut fruticis; quod ex locis ſequentibus Dioſcoridis patet; namque ſcribit. De Hydropipere. Lib. 2. ca. 178

Fructum habet parvis ſurculis cohærentem, & racemoſum.

De Dracunculo ſcribit: Lib. 2. ca. 183.

Fructus eſt in ſummitate racemoſus.

De Vite alba: Lib. 4. cap. 114.

Fructum habet racemoſum cirrum.

De Vite Nigra: Lib. 4. ca. 115.

Fructus racemoſus eſt, viridis in principio.

De Mercuriali fœmina: Lib. 4. cap. 201.

Fructum habet racemoſum.

De Sambuco: Lib. 4. cap. 184.

Fructum habet racemoſum.

Verùm quia Recentiores negarunt, Amomum racemoſum eſſe fructum, effigie uvę præditum, ſed ſcripſerunt eſſe plantam ſimilem racemo: ipſorũ partes erant, ſuam confirmare expoſitionem, Dioſcoridis teſtimonio allatis ejuſdem locis, quibus idem auctor plantam vocaverit racemoſam, quod minimè fecerunt, ulterius etiam ſi Dioſco-

ſi Dioſcorides aliquando plantas dixiſſet racemoſas, nihilominus tamen, quia id admodum rarò fecerit, propterea accipienda eſſet familiaris racemoſi ſignificatio, cujus exempla modò attulimus, ergo racemoſum Amomum denotat fructum uvæ ſimilem nō plantam. Obſervo autem fructum dici poſſe racemoſum dupliciter: abſolutè ſeu ſimpliciter, & ſecundum quid: fructus dicitur ſimpliciter racemoſus, qui & ſecundum naturalem habitudinem, & ſecundum actum uvæ figuram habet, quemadmodum eſt integer Amomi racemus, quem Plinius Amomi uvam vocat. Amomi verò fructus à ſuo ramulo avulſus, quem Plinius friatum Amomum appellat, eſt racemoſus ſecundum quid, hoc eſt ſecundum ſuam naturalem habitudinem, minimè verò ſecundum actum.

Quia verò Dioſcorides ſcribit, Amomum Ponticum eſſe racemoſum abſque ulla adjectione, & abſolutè: unde apparet, illud eſſe tripliciter racemoſum, atque eſſe racemum uvæ ſimilem, & integrum, & ex conſequenti inter Amomi ſpecies eſſe laudatiſſimum:
Lib 3. de Hiſt. plant. ca. 117. Noſtræ huic expoſitioni non officit, quia Theophraſtus, flores dixerit racemoſos: ſiquidem verum eſt, quod non deſunt flores, qui uvæ, aut racemi effigiem æmulantur: ſed plantæ id minimè faciunt, ut monſtravimus. Neque etiam nobis obſtat Dioſcorides, quia Cadmiam vocavit botritem, dixeritque, eandem habere ſuperficiem racemoſam: namque Dioſcorides ex aliorum ſententia loquitur, non ſua, neque enim Cadmiam ſimpliciter vocat racemoſam, vel botritem, ſed ab aliis vocatam dixit, habereque ſuperficiem racemoſam.

Legit Dioſcorides:

Cadmia optima eſt Cypria, quæ vocatur botrites. & paulò poſt. *Quæ habet ſuperficiem racemoſam.*

Ex dictis autem manifeſta eſt cauſſa, cur veteres Amomum dixerint racemoſum, minimè vero Cardamomum, namq. Amomi fructus uvæ imaginem refert, ſuamq; elegantem uvæ figuram diutiſſimè ſervat: quia arctè ſuo ramulo adhæret. At Cardamomi fructus etiamſi ſua natura racemoſus fortè exiſtat, veluti eſt Cardamomum cujus picturam dedimus, nihilominus tamen longè diſtat ab uvæ racemis: præterea quoniam tenuibus hæret pediculis ſuos racemos non diu ſervat integros: hinc videmus Cardamomi fructus, qui ad nos efferuntur: ferè ſemper avulſos eſſe à ſuis ramulis,

Fructus

Fructus plenum,] ſi Amomum Ponticum eſt racemus, ſicuti docuimus, inde colligitur, eundem racemum ex acinis,ſeu folliculis conſtare: qui intra propriam cavitatem fructus, aut ſemina continent: his autem verbis Dioſcorides admonet nos, veram Amomi bonitatem non dependere ex ſola racemorum integritate, niſi etiam ipſi folliculi, qui racemum efformant, ſint ſeminibus pleni: namque racemorum integritas externam quandam virtutem Amomi nos docet, ſed ſeminum plenitudo veram & intimam Amomi virtutē manifeſtat. Sanè folliculi, ſeminibus pleni, ſuas habent cauſſas aëris clementiā, plantæ validam vim vegetalē, terræ alimentū,& copioſum,& cōveniens: quia verò Amomū Ponticū eſſe fructus plenū ſcribit Dioſcorides, ipſius pace dixerim non eſſe propriā conditionē,Amomi Pontici, ut ſit fructus plenū: quia neq; omni convenit, neq; ſoli:incredibile enim eſt,ſingulos Amomi Pontici racemos eſſe perfectos,& internis ſeminibus plenos: Præterea falſum eſt, ſolum Amomū Ponticum eſſe fructus plenum, namque & Armeniaci Amomi racemus debet eſſe fructus plenus,cum optimus exiſtat,Dioſcoridis teſtimonio: ſi verò Armeniacus racemus non ſit ſeminibus plenus,proculdubio non erit optimus. Quoniam verò Dioſcorides ſcribit, Amomum Ponticum eſſe fructus plenum, & infra laudat Amomum ſeminis plenum, utrobique unus, & idem ſenſus eſſe videtur, tamquā fructus, & ſemē re ipſa unum ſint iccirco fructus,& ſeminis ſignificationes declarandæ ſunt ex Græcis auctoribus. Incipiamus autem ab Ariſtotele, qui ſcripſit, fructus & ſemen, idem re eſſe, ratione verò differre: inquit autem, *Semen τὸ σπέρμα, & fructus ὁ καρπὸς inter ſe differunt prioris, poſteriorisq; ratione:* fructus enim, quòd ex alio eſt, ſemen,ex quo aliud: quoniam aliàs ambo idē ſunt: Theophraſtus verò fructus nomē explicat, quod ſemine conſtat, & pericarpio, ſed cap. 18. ejuſdem libri, ſemē communiſſimum genus facit ad arborum fructus, & herbarum ſemina. Alia etiam apud eundem auctorem habetur diſtinctio, primo de cauſſis plantarum, à doctiſſimo Scaligero declarata in cōmentario his verbis: *una res eſt καρπὸς, καὶ σπέρμα, ſed ratione differunt, cum intelligitur ad futuram plantam, ſationis uſus σπέρμα dicitur, cum refertur ad noſtra commoda vocatur καρπὸς:* Verum Dioſcorides parum videtur eſſe conſtans in uſu harum vocum καρποῦ, καὶ σπέρματος, propterea quod dum in

Lib. 1 de Generat. Animalium cap. 18.

Lib. 1. de Hiſt. plant: cap. 5. idem lib. 1. cap. 18.

Idem primo de Cauſſis plant: cap. 18.

Dioſc. Lib. 1. cap. 22.
Idem lib. 2. 3. & 5.
Idem Lib. 2. cap. 178.
Idem Lib. 3. cap. 201.

eodem capite incidit in ſermonem de arborũ fruticibus, atque herbarum ſeminibus, arborum fructus καρποὺς vocat, herbarum, verò ſemina σπέρματα appellat: quod ex locis ſequentibus palam fit, nam capite de Balſamo, Balſami fructum καρπὸν vocat, non σπέρμα, ſed ibidem Hyperici ſemina σπέρματα vocat, & libro 2. 3. & 5. arborum fructus καρποὺς vocat, herbarum ſemina σπέρματα dicit, ſed alibi herbarum ſemina καρποὺς vocat, nam Libro ſecundo de Hydropipere ejuſdem ſemen καρπὸν vocat, & Libro quarto de Mercuriali fœmina, ſemen ejuſdem herbæ καρπὸν vocat, ſed hoc capite ſemen quod in pericarpiis continetur primum vocat καρπὸν, mox verò σπέρμα dicit. His ita explicatis patet, Amomi racemum ex Ariſtotelis placitis, eſſe fructum, quia ex alio eſt, & eſſe ſemen ex quo aliud fit: ex Theophraſto, eſſe fructum, quia pericarpio conſtat, eſſe fructum ad noſtra commoda, eſſe ſemen ad futuram generationem, & eſſe ſemen ſpecificum ſub communiſſimo genere ſeminis compræhenſum. ſed ex Dioſcoride Amomi racemus fructus eſt, quia ex frutice enatus eſt, nõ ex herba. ſi verò ſermo habeatur de ſeminibus, quæ in pericarpijs Amomi continentur, illa ex Ariſtotele, & Theophraſto ſunt fructus, & ſemina, juxta allatas jam ſignificationes fructus, & ſeminis: ſed ex Dioſcoride eadem ſemina etiam fructus dici poſſunt, quia enata ſunt ex Amomi parvo frutice, qui media ſpecies exiſtit inter arborem, & herbã; quaſi ex duabus extremis ſpeciebus arbore, & herba frutex ipſe coaleſcat, & ob id fructum gignat, & ſemen. Hoc in loco objiciunt viri docti, ſi Dioſcorides non de Amomi planta ſermonem habet, ſed de fructu Pontico, quem dicit eſſe fructus plenum, propoſitionem eſſe nugatoriam, cum unum & idem ſit ſubjectum atque prædicatum, fructus eſt, fructus plenus, facilè diluitur objectio ex ſuperiùs allatis, fructus, & ſeminis ſignificationibus. Namque, ſubjectum eſt Amomum Ponticum, ſeu racemus Ponticus, qui ex pluribus fructibus, ſeu folliculis conſtituitur. Sed prædicati rationem habent interna ſemina anguloſa, quæ in eiſdem folliculis continentur.

Verùm quia triplex eſt folliculorum conditio, (quemadmodum in Indicis racemis obſervavimus) alij enim nulla continent ſemina, alij exigua, & evanida, quæ folliculorum cavitatem minimè replent, alij verò folliculi exiſtunt, qui in ſe ipſis complectuntur

ſemina

ſemina craſſiora, & perfectiora, quæ ipſorum cavitatem totam occupant. Dioſcorides obſervat, Ponticum racemum plenum eſſe ſuis nempe internis anguloſis ſeminibus. Propterea falſum eſt, quod aſſumunt Recentiores, idem eſſe in propoſitione ſubiectum, & prædicatum: namque ſubiectum eſt Ponticus Amomi racemus, qui vel totius, vel generis rationem habet: ſed prædicatum eſt ipſa internorum ſeminum plenitudo, quæ eſt racemi, vel pars, vel differentia diviſiva, qua racemi quidem genus dividitur, Pontici verò racemi ſpecies circumſcribitur, atque ſejungitur à cæteris Amomi ſpeciebus.

Odore ſenſum feriens.] Inter legitimi Amomi ſigna non poſtremum locum tenet odor, tum ſuavis, tum validus, quem ſuperius Dioſcorides Amomo Armeniaco aſſignavit, noſque ibidem declaravimus. odorem hunc validum, Dioſcorides Pontico Amomo in præſentia adſcribit, dum ait, odore ſenſum feriens: ſi enim Ponticus racemus ſuo odore ſenſum percutit, vehementem odorem poſſidet. Sanè Indici etiam Amomi racemum ſuavi, validoque odore præditum eſſe, iam diximus, hanc rei veritatem ipſe edocet ſenſus, ipſa confirmat experientia. Verùm homines Recentiores, qui Indico Amomo infeſti ſunt, racemi Indici ſuavem, validumque odorem ſuis ſcriptis, vel extenuant, tamquã exiguum, vel ſuſpectum habent, tamquã aſcititium. Verùm aliqui eorum odorem noſtri Amomi extenuant, quia in ſeminibus exiguum, in folliculis nullum odorem ineſſe ſcribunt. Contra quos opponimus teſtimonium ipſorum ſenſuum docentium, racemum Indicum ſuavi, & acri ſuo odore nares ferire. Ab ijs autem, qui Amomi Indici odorem aſcititium videri ſcribunt, quæſiverit jure optimo quiſpiam, quibus permoti conjecturis in ſuſpicionem venerint, quod Amomi odor aſcititius exiſtat: cũ enim ſenſus ipſi nõ deſtinguant odorẽ nativum, ab aſcititio, benè ſanè, & è republica medica feciſſent, ſi omnib' rei herbariæ, & medicinæ ſtudioſis omnia ſignificaſſent ſigna, & argumenta, quibus medici ipſi adducti deprehenderũt in Indico racemo odoris impoſturam. Ego quidem quod ad me attinet, & ſi Amomi racemus is mihi viſus ſit ſemper, qui nullam impoſturæ ſuſpicionem præbere poſſit, quia nempe fuerit vel oleo odorato delibutus, vel pul-

d 2

vere ſuavi aſperſus, aut gummi, & odoratis aromatibus concinnatus ad redolendum, & oſtentandum odorem alienum, & aſciticium, nihilominus, ut omnem ex animo meo ſcrupulum eximerem ad experimenta, accommodata hinc inquiſitioni, deveni, Amomum Indicum ferventiſſima prius aqua maceratum in umbra exſiccavi, tranſactiſque deinde nonnullis diebus, periculo odoris facto depræhendi, Idem Amomum non exiguam adhuc retinuiſſe odoris ſuavitatem. Recentiores autem fruſtra inquirunt, num Indici Amomi odor exiſtat in ejuſdem pericarpijs, vel in ſeminibus internis, cum Dioſcorides ipſe Amomi odorem vehementem collocaverit in racemo toto, non in ejuſdem particulis, quoniam totus etiam racemus Amomi in uſum unguentorum veniebat, ut ex Plinio colligitur.

Eligito autem recens, & album vel ſubrubrum, non coactum vel connexum, ſolutum autem & diffuſum, ſeminis plenum, ſimile parvis uvis, grave, valde odoratum, ſine carie, & acre guſtum mordens, ſimplex colore non varium.] Poſteaquam Dioſcorides Amomum univerſaliter deſcripſit, atq; etiam tres Amomi ſpecies inter ſe diſtinxit, nunc attingit præcipuum hujus capitis ſcopum, qui eſt, legitimi & optimi Amomi electionem docere, qua in re periti herbarij munere fungens, non ſolum legitimi, & optimi ſigna recenſet, verum etiam adulterati, & invalidi Amomi notas declarat. Quamvis autem noſter auctor legitimi, & optimi Amomi ſigna ſimul recenſeat, & unà conjungat, eadem tamen inter ſe differre certum eſt: nam etſi veriſſimum ſit, omne Amomum, quod optimum eſt, etiam legitimum exiſtere, non tamen vice verſa convertitur oratio, ut Amomum, quod legitimum eſt, ſtatim etiam ſit optimum, nam exempli gratia Rhabarbarum, quod legitimum eſt, ſi vel ante maturitatem collectum fuerit, vel ipſa vetuſtate carioſum evaſerit, nullo modo optimum eſſe poterit, legitimum tamen erit, ſanè legitimum dicitur medicamentū ſimplex, quod ſuæ ſpeciei nomen, & definitionem retinet, ſed optimum eſt medicamentum ſimplex, quod præter communem ſpeciei definitionem, & bonitatem ipſam individui quoque peculiarem virtutem poſſidet, nempe maturitatem, novitatem, gravitatem, & ſimilia inferius delaranda.

Eligito

Digitized by Google

Eligito autem recens,] Vnũ & hoc eſt ex ſignis optimi Amomi, ut recens exiſtat,ſiquidem ſimplicia medicamenta vetuſtate invalida fiunt,cauſâ ambientis aëris,qui ſua maxima humiditate,& tenuitate in corporum meatus ſeſe inſinuans temperamenta ſimplicium paulatim immutat,adeò ut ſapor, & odor,quæ ſunt ingenitæ qualitates , primum fiant imbecilliores,& tandem etiam omnino aboleantur,ſi medicamenta carioſa fiunt, quemadmodum quotidiana nos admonet experientia.

Et album vel ſubrubrũ.] Amomi color albus,& ſubruber ipſius racemi exiſtit,non fruticis,namque & Plinius eoſdem colores racemis Amomi aſſignat,non plantis,ut ſuo loco oſtendemus: incredibile antẽ videtur,ipſas Amomi plantas eſſe ſubaureas,ſubvirides,ſubcirras,albas,ſubrubras,atq; etiam varias, præſertim quia in Indicis racemis cõſpicimus omnes enarratos colores,ex quib⁹ Indici Amomi auctoritas magis,ac magis confirmatur.ſanè cũ Dioſcorides plures in Amomi racemis colores obſervaverit, ſubaureum Armeniaci, ſubviride Medici, Pontici ſubcirrum, album, & ſubrubrum quos nunc eligit,& varium,quem inferius reprobat,omnes iſtos colores præter ipſum ſubviridem, in racemis noſtri Amomi obſervamus. Verum hoſce colores non obſervatos fuiſſe à recentioribus illis Viris, qui Amomo Indico bellum indixiſſe videntur: facilè crediderim,cum ipſi eorundem colorũ in ſuis ſcriptis nullam faciunt mentionem,quaſi unius, aut alterius tantùm racemi Indici conditiones exploraverint: ſubruber autem color eſſe videtur is, quem Dioſcorides ſupra vocavit ſubcirrum: nam cum cirrus color ex ruffo, & rubro enaſcatur,inde fit ut color ſubcirrus etiam ſubruber exiſtat.

Albus verò Amomi color non videtur eſſe ſimplex,& ſincerus, quaſi niveus,aut lacteus,ſed remiſſior ob admixtam exiguam fuſcedinem: ſi tamen de Veterum Amomo licet judicium facere, ex noſtris Indicis racemis;quorum illi,qui albi exiſtunt,ita ſunt albi, ut ad colorem ſubcinereum aliquantulum vergant. Dignum eſt autem inquiſitione,cur Dioſcorides nunc eligat Amomi album colorem, cujus hoc capite nullum verbum fecit,præſertim cum Plinius ſcripſerit, peſſimumque candidum, quod vetuſtate evenit. Præterea inquirendum eſt etiam, cur Dioſcorides omiſerit electionem racemi ſubaurei,cujus colorem ſupra laudavit, tamquã optimum in A-

meniaco Amomo? propoſitis dubitationibus autẽ ſatis faciendum eſt: nam primùm quod ſpectat ad colorem albũ, quem Dioſcorides parem bonitate cum ſubrubro facit, dicendum eſt, vel codicem græcum eſſe corruptum, ut Marcellus Virgilius ſuſpicatur, vel ſi lectio incorrupta eſt, fatendum etiam eſt, Dioſcoridem apertè adverſari ipſi Plinio, qui peſſimum eſſe candidum affirmavit, vel voce candidi intelligendum eſt racemus ſubaureus, quem Plinius pallidum dixit: verùm ſi lectio depravata eſt, vel expungẽdæ ſunt duæ voces (album vel) legendumque, eligito recens, & ſubrubrum: vel verba aliquantiſper immutanda ſunt, legendumque, eligito recens, nõ album ſed ſubrubrum; ſed quod ſpectat ad Amomi colores, ſcilicet ſubaureum Armeniaci, quem Dioſcorides ſuprà, optimum eſſe dixit, album, & ſubrubrum, quos ambos nunc eligit tanquam æqualis bonitatis, nõ incongruum eſſet, inquirere altius cui colori primus bonitatis locus debeatur, & cui reliqui loci aſſignandi ſint: ſed noſtrũ hac de re edere opinionem hoc loco parcimus, proferemus inferius dum verba Plinii exponemus.

Non coactum, vel connexum: ſolutum autem & diffuſum] obſcura admodum ſunt hæc Dioſcoridis verba, quorũ ſenſum aſſequi difficillimum eſſet, niſi Plinius lucem attuliſſet huic loco, ubi de Amomo adulterato verba facit: quamobrem non abſque cauſſa Marcellus ſuſpicatur, codicem græcum hac in parte eſſe depravatum. Ut verò ſenſus horum verborum perſpicuus fiat, tria ſupponenda ſunt; Unum eſt, Dioſcoridem in hoc Amomi optimi electione de racemo verba facere, nõ de ipſo frutice, hoc verò ſuppoſitum tum ex hucuſque dictis patet, tum ex poſterius dicendis magis manifeſtum fiet. alterum quod ex Plinio exiſtit ſupponendum, illud eſt: Duplex fuiſſe legitimum Amomum, quod apud veteres in uſu erat: nempe uvam Amomi ſeu integrum racemum, atque Amomum friatum, ſeu confractum racemum: Tertium, quod eſt præſumendum ex eodem Plinio illud exiſtit, conſueviſſe aliquos Herbariorum ad legitimi Amomi ſimilitudinem adulteratum efformare racemum, quem concinnabant ex Amomi fragmentis, unà conglutinatis gummi liquido. His ita poſitis, non eſt difficile videre, quæ, & qualis exiſtat differentia inter legitimũ, & adulteratum Amomi racemum, ſiquidem legitimus Amomi racemus, ſuos habet fructus integros, ex uno

ſarmento

ſarmento enatos, qui etſi invicem ſibi cohæreant in uvæ modum, non ſunt tamen inter ſe prorſus cõnexi, imò potius ſinguli fructus ſunt ab invicem ſoluti. Ex adverſo, adulteratus racemus conſtat acinis, ſeu fructibus, qui etſi à ſuo ligno aliàs avulſi jam fuerint, poſtea tameń gummi liquido in unum factitium racemum conglutinati adeò fuerunt, ut unum continuum, & ſolidum corpus præſe ferunt, potius quàm racemum, ex pluribus acinis conſtitutum: propterea quod nullus acinorum ab altero ſolutus apparet.

Equidem cenſeo Dioſcoridem enarratis verbis tradere ſigna adulterati, & factitii racemi, quẽ reprobat, atq; notas etiam declarare legitimi racemi, quem eligit, quia verò Dioſcorides repudiat Amomum coactum, & connexum, videtur denotare nobis ipſum adulteratum racemum: ſed quia etiam eligit Amomum ſolutum, & diffuſum, videtur legitimum racemum innuere.

Non coactum vel connexum.] Quoniam ambæ hæ voces ad unicum referuntur finem, ut exprimant adulteratum racemum gummi liquido unà conglutinatum, propterea cenſendæ ſunt voces polyonymæ, quarum una tantum eſt ſignificatio, etſi nomina plura ſint, ut Ammonius ſcribit. Hinc fit, ut qui harum vocum alteram intelligat, ambas intelligat. Ammonius in Prædic. Ariſt Cap de æquivocis.

Non coactum, ἢ πεπιλημένον: unde πιλήματα quæ à noſtratibus vocantur filtra de quibus Plinius, *Lanæ & per ſe coactæ veſtem faciunt*, quamobrem vox πεπιλημένον metaphorica eſt, deducta à lanis coactis, quæ vi humoris, & ignis in unam coaleſcunt veſtem: hac autem voce Dioſcorides circumſcribit adulteratum Amomum, quod ex Amomi acinis fractis, atque ex gummi liquido coagmentatur in unum factitium racemum. Plinius lib. 8. cap. 48.

Vel connexum] ἢ συμπεπλεγμένον ſignificat connexum, & compoſitum, quod ſimplici opponitur, ut ex Ariſtotele habetur in libro de interpretatione: ſive autem exponamus connexum ſive compoſitum Amomum, unus, & idem eſt ſenſus, quia Dioſcorides repudiat racemum adulteratum, compoſitumque ex Amomi fragmentis gummi liquido unà connexis; unde ſuſpicari licet, in græco codice fortaſſe deſiderari aliqua verba, quæ ſignificent ipſum gummi liquidum quo racemum Amomi adulterari Plinius ſcribit. Verùm Recentiores, qui Ruellii interpretationem ſequentes exiſti- Ariſt. in lib. de interpretatione. Cap. de nomine.

mant

Digitized by Google

mant, optimum Amomum neque aſtrictim cohærere, neque eſſe convolutum, manifeſtè decipiuntur, ſiquidem Dioſcorides ſuperius attulit communem deſcriptionem legitimi racemi, quem docuit eſſe veluti uvæ racemum, ex ligno convolutum in ſe ipſum, unde neceſſariò conſequitur, eundem racemum etiam aſtrictum eſſe. Ex iis autem, quæ ex Plinio de adulterato racemo adnotavimus, facilè ſolvitur apparens contradictio in Dioſcoridis verbis, nam ſuperius ſcribebat, racemum eſſe ex ligno, in ſe ipſum convolutum, ſeu cõplicatum αὐτὸ περιπεπλεγμένον, ſed hoc in loco racemũ eligit ὁ πεπιλημένον ἢ συμπεπλεγμένον, nõ coactum vel cõnexum (ſcilicet, gummi liquido ex Plinio addendum eſt), propterea Marcello Virgilio libenter aſſentirer, verba iſthæc eſſe expungenda, tamquã ab imperito aliquo librario per errorem interjecta, niſi ex Plinio haberemus valde perſpicuam expoſitionem modò enarratam.

Solutum, & diffuſum.] Dioſcorides legitimum racemum denotat his vocibus, quæ opponuntur expoſitis jam verbis (nempe coactum, & connexum) quibus notis Dioſcorides deſcripſit adulteratum racemum, & reprobavit: legitimus autẽ racemus eſt ſolutus, & diffuſus, qui conſtat acinis ab uno ſarmento enatis, ſe quidem contangentibus, non verò conglutinatis in unum, ſed ab invicẽ ſolutis, & diffuſis, quemadmodum in Indicis racemis obſervamus.

Solutum.] Si Amomi fructus à ſuo avellantur racemo, amittent racemi nomen, & definitionem, vocabunturq; nomine friati Amomi, ut ex Plinio habetur; nam friato Amomo neque racemi, neque ſoluti nomen convenire omnes norunt: verum racemus ſolutus ille dicitur, cujus fructus etiamſi ſuomet ramulo pendeant, atque ſe invicem tangant, nihilominus tamen non ſunt invicem conglutinati, ſed ſoluti ſunt, & ſeparati.

Diffuſum.] διακεχυμένον. Si diffuſum, & ſolutum ſunt voces polyonymæ, quarum unica tantum exiſtit ſignificatio, diffuſum eſt idem, quod ſolutum, atque ambæ hæ voces excludunt continuitatem, & conglutinationem fructuum, ex quibus racemus Amomi efformatur; minimè verò nomen diffuſi ſignificare poteſt diſtantiam inter eoſdem Amomi fructus, ut recentiores ſcribunt, qui Amomum diffuſum exponunt ſparſum: nam cum Dioſcorides in principio hujus capitis, Amomi racemum deſcripſerit ex ligno, convolutum in ſe ipſum

Digitized by Google

ipſum, nullo modo poteſt in præſentia eligere racemum diffuſum, & ſparſum, quoniam ſparſum, & convolutum inter ſe ſunt contraria, ſive Dioſcorides de racemo Amomi utrobique loquatur, ut nos opinamur, ſive de frutice verba faciat, ut Recentiores exiſtimant, quod autem participium διακεχυμένον, & ſolutum, & diffuſum ſignificet viri docti optimè norunt.

Seminis plenum,] Proſequitur ſermonem de optimi Amomi electione, eligit verò racemum, plenum ſeminis, qua in re vetuſtiores aliquos medicos fortaſſe ſugillat, qui ut optimum Amomũ haberent, integrum racemum eligebant, nullam rationem habentes internorum ſeminum, à quibus præcipua bonitas Amomi naſcitur, ſiquidem certum eſt, friatum Amomum, atque ſeminis plenum præſtantius eſſe ipſo integro racemo, in quo vel nulla, vel exigua, & imperfecta ſemina continentur. enimverò ex Plinio colligitur, præcipuam auctoritatem, & gratiam fuiſſe Amomi, integro racemo, ſecundam friato: ſed cum internorum ſeminum nulla à Plinio habeatur mentio, inde opinari licet, veteres medicos non admodum fuiſſe ſollicitos in inquirenda plenitudine internorum ſeminum.

Seminis] Superius ex græcis auctoribus plures fructus, & ſeminis ſignificationes attulimus, ſed hoc in loco ſemen id ſignificat, quod in pericarpijs continetur.

Plenum] Amomum plenum eſt ipſe racemus, cujus folliculi acinoſi continent ſemina multa, & perfecta, quæ totam eorundem folliculorum cavitatem replent: laudat verò Dioſcorides racemos ſeminis plenos, ob eandem rationem, ob quam Cardamomum plenũ laudat, atque Balſami fructum plenum eligit. Verùm quia Dioſcorides eligit Amomum, ſeminis plenum, id faceſſit negotium Recentioribus, qui Dioſcoridem de Amomi frutice verba facere exiſtimant, atque profitentur etiam, Veteres medicos ſola Amomi planta ſemper uſos fuiſſe, neglexiſſe verò fructus, & ſemina ejuſdem Amomi, tamque inutilia. Iccirco hunc locum exponentes dicunt, Amomi plantam eligendam eſſe, ſeminis plenam, non quia ſemina Amomi utilia ſint ad medicinam, ſed quia redundantia ſeminum, eſt ſignum bonitatis ipſius plantæ, ſemina tamen abjicienda eſſe. Hæc autem expoſitio multis de cauſſis reprobanda venit. Primum, quia exponunt, Dioſcoridem de frutice loquentem, cum de racemo

loquatur, ſicuti iam diximus, & modo etiam monſtrabimus, præterea expoſitio ipſis verbis auctoris eſt parum accommodata, namq; Dioſcorides eligit Amomum ſeminis plenum, ipſi verò Recentiores affirmant, ſemina eſſe repudianda; Deinde ſi Amomi ſemina ad medicinæ uſum ſunt, vel inutilia, vel fortè etiam contraria, id ipſum admonere debebat Dioſcorides, ne error contingeret in componendis Antidotis: Adhæc non ſatis eſt, affirmare, Amomi fructus ſeu ſemina eſſe abjicienda, tamque inutilia, niſi etiam ex claſſicis auctoribus id ipſum oſtendatur, aut ratione aliqua comprobetur: Poſtremò, cum dicant, ſeminum abundantiam arguere plantæ bonitatem, interrogandi ſunt, de quanam loquantur plantæ bonitate, præteritáne, quæ ſeminum copiam inſignem genuit, an etiam præſenti? ſanè, ſi de præterita virtute ipſius plantæ verba faciunt, abſurdum eſſet, eligere Amomi fruticem, onuſtum ſeminibus, qui frutex, & ſi fuerit valida virtute aliquando præditus, poſtea tamen omnem amiſerit facultatem medicam, quam eidem ademerunt ipſamet copioſa ſemina: ſi verò dicunt, ſeminum copiam docere præſentem plantæ bonitatem, doctrina perſæpe falſa eſt, quoniam videmus, olera eſculenta amplius non eſſe, quando maturis ſeminibus turgent, & ratio ipſa etiam ſuadet, quo plus alimenti ab ubertate ſeminum abſumitur eò aridiores, exilioresque evadere, Arbores, Fruti-ces, Herbas, quod Theophraſtus his verbis docebat: *Ad utrum enim partem ſuccus influxerit, reliqua ieiunior erit, ambabus enim ſatisfacere non poteſt.*

Theoph. 1. de Cauſſis Plant. cap. 18.

Simile parvis uvis. βοτρυδίοις.] ſuperius in exponenda voce βότρυον ejuſdem duplicem attulimus ſignificationem, quam huc transferre licet, ſignificat enim uvæ racemum, atque etiam denotat racemum in communi, eadem ratione βοτρύδιον ſignificat parvā uvam, & parvum racemum. Recentiores autem cum videant, nomen uvulæ, vel racemuli admodum favere Indico parvo racemo, cuius acini denos, aut duodenos ad ſummū non excedunt, negant, Dioſcoridem dixiſſe unquā Amomum eligendū eſſe, ſimile parvis uvis, aut parvis racemis, ſed res eſt luce meridiana clarior, βοτρύδιον ſignificare parvā uvā, vel exiguam racemum. Verum ſi Dioſcorides in præſentia eligit Amomi plantā, ut placet Recentioribus, illa nō poteſt eſſe ſimilis parvæ uvæ, aut exiguo racemo ſicuti ſuperius comprobavimus, ipſis allatis

latis rationibus. Si verò Amomum, quod Dioſcorides eligit, eſt fructus ſimplex, ſuo pediculo herens, certū eſt, illū non eſſe ſimilē uvæ, aut racemo, qui eſt fructuū congeſtio. ſed ſi Dioſcoridis optimū Amomum eſt racemus ſeu racemi ſpecies, proculdubio illa nō poteſt eſſe ſimilis racemo, quia nulla ſpecies ſuo generi ſimilis dicitur, neq; enim homo dicitur ſimilis animali. unde remanet, Amomi racemū eſſe uvæ ſimilem, quemadmodū etiam ſuperius expoſuimus. Quoniam verò Dioſcorides eligit Amomū ſimile βοτρυδίοις ſcilicet parvis uvis, voce uvæ videtur ſignificare integrum Amomi racemum, quem Plinius Amomi uvam vocabat, eratque apud veteres Amomum primæ notæ, ſed voce parvi Dioſcorides excludit Medicū racemum magnum, quem (utpote invalidum) antea repudiavit. Recentiores ſed enim novā afferunt expoſitionē verborū Dioſcoridis, quæ modo declaravimus: inquit Dioſcorides. Eligito, & reliqua.

Seminis plenum, ſimile parvis racemis, ſeu racemulis.

σπέρματος πλήρεις, ὅμοιοι βοτρυδίοις. Ipſi exponunt, *eligito Amomum, plenum ſemine, ſimili parvis racemis.* Sed ejuſmodi expoſitio ſtatim apparet falſa: ſiquidem ſeminis vox, quæ eſt ſecundi caſus, regitur à voce plenū, & connecti non poteſt cū ſimile, quod eſt quarti caſus. quapropter expoſitio communis retinenda eſt, quæ ait, *Eligito Amomum, ſeminis plenum, ſimile parvis uvis.*

Grave] Gravitatem etiam optimi, & laudatiſſimi Amomi notā eſſe Dioſcorides admonet, inquiens, Eligito Amomum grave, ſeu ponderoſum. gravitas verò duplex exiſtit, ſimplex una, quæ in elementis Terra & Aqua reperitur, altera quæ à prædominio dicitur, quæ in corporibus mixtis exiſtit, quæ Terræ & Aquæ plurimum poſſident. Tertia demum gravitas comparativa eſt, qua corpora gravia ad invicem comparata graviora, aut minus gravia dicuntur. Proculdubio Amomi optimi gravitas, neq; ſimplex eſt, ut elementorū corporū, quod ex ſe patet, neq; etiā illa exiſtit, quę à prædominio dicitur quia ejuſmodi gravitas omnibus ferè corporibus mixtis cōmunis exiſtit, nihilq; ad Amomi probitatē docendā pertinet. Vnde remanet, Amomi gravitatē cōparativā eſſe, idemq; ſignificare, Amomū grave eligendū: ac ſi diceretur, Amomū gravius, & ponderoſius eſſe accipiendū. Poteſt autē Amomū, quod grave dicitur, comparari ad gen᷒, prorſus diverſū, ut ad Plumbū, aut Aes, poteſt & ad ſpeciē cōgenerē

comparari, ut ad Cardamomum, & ſimilia, demum poteſt Amomi gravitas conferri ad illa individua, quæ ſub eadem Amomi ſpecie continentur, ut hic racemus cum illo racemo Amomi. Proculdubio Dioſcorides nunc eligit Amomi racemũ graviorem, propterea quod graviora eligere ſemina conſuevit, ſicuti exempli gratia facit capite de Balſamo, ubi fructum eligit gravem, ſcilicet ut Plinius ait ponderoſiſſimũ, & quia ipſa docet experientia, & alia grauiora ſemina, & ipſos Indicos racemos graviores, præſtare etiã qualitatibus valentioribus, quam rem etiam naturalis ratio perſuadet, ſiquidẽ ſemina evadunt graviora concoctione, & maturitate, è contra verò ſemina leviora fiunt, ſi vel naturalem maturitatem non aſſequuntur, vel ob vetuſtatem aliquam patiuntur corruptionem. Verum Recentiores qui Amomum Indicum reprobant, tanquam illegitimum, quia grave non ſit, illi in eadem re multipliciter peccant, nam & ſenſui contradicunt, & unà ſimul confundunt ſigna Amomi tum legitimi, tũ optimi: nam etſi Amomum, quod leve eſt, non poſſit eſſe optimum, nihil tamen prohibet, quin poſſit eſſe legitimũ, quęſtio verò de Indico racemo nõ eſt, an omnis racemus Indicus ſit optimus? ſed potiùs an Indicus racemus ſit legitimum Veterum Amomum. Demum Amomi gravitatẽ faciunt abſolutã, cum tamen ſit comparativa, quæ dignoſci non poteſt, niſi plures Amomi racemi invicẽ conferantur.

Valdè odoratum] Admonet nos Dioſcorides, Amomũ eligendum eſſe valde odoratum. Valida autẽ Amomi fragrantia duplex exiſtit, una ſimplex, altera verò comparativa. ſimplex Amomi ſuaveolentia eſt una ex notis legitimi Amomi, ſed comparativa eſt optimi Amomi indiciũ, quo Dioſcorides ſignificat illud Amomum, tamquã optimum eſſe eligendum, quod ſuavitate odoris cæteris racemis excellit. Videtur autẽ hæc expoſitio ſummè accommodata huic loco, nam cum ſuperius Dioſcorides Amomum Armeniacum valde odoratum dixerit, & Ponticũ ſuo odore nares ferire: adnotaverit, quibus ſignis docuit legitimum racemũ Amomi, nunc invicẽ comparat eoſdem odoratos racemos, ex quibus illũ, ſeligit, tamquã optimum qui inſigni ſua odoris fragrantia reliquos omnes racemos ſuperat, cujus rei cauſſa eſt, quia medicamẽta odoratiora ſunt etiã præſtantiora, ut Galenus docuit his verbis, *Iridẽ igitur velut & reliquas medicinas odoratiores ſemper eligito. Vnumquodq́, enim optimum eſt, quod ſui generis odorem vehementiorem habet*, ſanè Dioſcorides primùm gravitatem,

Digitized by Google

poſtea verò Amomi ſuavitatem recenſuit, quia gravitas boni odoris etiam eſt argumentum, ut in Indicis racemis obſervavimus. Quoniam verò Dioſcorides Amomi validam ſuaveolentiam ter hoc capite commemoravit, Indici racemi odor huic notæ etiam optimè reſpondet: ſiquidem tanta racemus Indicus odoris fragrantia pollet, ut racemus, quem jam multos dies aqua ferventi maceratum, poſtea exſiccavimus, adhuc dum hæc ſcribimus, ſuam quandam nativam ſuaveolentiam ſpiret: quamobrem ignoro, quid compulerit Recentiores ad negandum validum noſtri Amomi εὐωδίαν ſenſibus ipſis expoſitam.

Sine carie] Quemadmodũ Dioſcorides ſuperius elegit Amomum grave, quia optimum eſt, ita nunc reprobat carioſum: quia ſemiputridum exiſtit: caries etiam putredo quædam eſt, pravum autem Amomum eſt duplici modo, vel quia ſuam naturalem perfectionem numquã eſt conſequutum, cujuſmodi eſt immaturum, quod etiam leve eſt, vel pravum Amomum exiſtit illud, quod etſi ſuapte natura optimum olim fuerit, ipſa tamen vetuſtate computruit.

Et acre] Inter optimi Amomi qualitates Dioſcorides recenſet ipſam acrimoniam, qua nota ejuſdem Amomi caliditatem manifeſtat, ſimulque confirmat, noſtrum Indicum racemum eſſe Dioſcoridis Amomum legitimum, & optimum, cum acris guſtantibus maniſeſtè ſentiatur. Amomum verò, cujus acrimoniam Dioſcorides obſervat, eſt ipſemet racemus, quem Dioſcorides dixit, ſimilẽ parvis uvis, præſertim, quia ex Plinio habemus ſolam Amomi uvam, ſeu racemum, ſolumque friatum Amomum in uſu fuiſſe apud veteres. Errant propterea Recentiores, inquirentes acrimoniam, Amomi in ejuſdem particulis, quarum per ſe nullus unquam fuit uſus, nempe in ſolis folliculis, vel in ſolis ſeminibus: ſiquidem veteres toto utebantur racemo in componendis Antidotis, & unguentis, minimè verò folliculos abjiciebant, ſicuti ex Plinio monſtrabimus.

Guſtum mordens,] Nulla eſt qualitas, quæ temperamenta ſimplicium medicamentorum magis doceat, quàm ſapor ipſe, quem acrem eſſe in optimi Amomi racemo Dioſcorides animadvertit. eſt autem acrimonia duplex, una abſoluta, quę in omni legitimo Amomo reperitur: altera verò comparativa eſt, qua optimus racemus ſeparatur ab invalidiori, qualem fuiſſe Medicum Amomum à Dio-

ſcoridi accepimus. Sanè cum Dioſcorides Amomum eligat non ſolum acre, ſed quod etiam linguam mordeat, videtur deſcribere non quamcumque ſimplicem, exiguam, & obſcuram Amomi acrimoniam, ſed manifeſtiorem, & validiorem, quo xecludat Medicum Amomum invalidum, atq; eligat racemum, & acriorem, & viribus etiam prçſtanriorem. Verùm Recentiores, ut nihil eorum omittant, quæ facere poſſunt ad infringendam Indici racemi auctoritatem, ejuſdem racemi ſemina guſtum mordere negant, ſed hac in re dupliciter errant, & quia negant rem, ſenſibus apertiſſimam, & quia racemi acrimoniam abſolutam faciunt, non comparativam, quaſi Dioſcorides dixerit, omnem Amomi racemum linguam mordere, cum ſolummodo docuerit, illum Amomi racemũ, tamquam optimum eſſe eligendum, quia guſtum mordeat. quamobrem, ſi inter Amomi racemos unus aliquis (verbi gratia qui ex Media defertur) ſua exigua acrimonia guſtum non mordeatis, legitimus eſſe poterit: Minimè verò inter optimos racemos erit enumerandus.

Simplex colore, non varium,] In declarandis conditionibus optimi racemi poſtremo loco enumerat ſimplicem colorem, cui opponitur varius color quem reprobat.

Simplex colore,] In voce eſt ambiguitas, namque ſimplex color unus is eſt, qui opponitur commixto, & compoſito, in quo ſenſu color candidus, vel ruber eſt ſimplex, cum comparatur ad colorẽ compoſitum ſubcandidum, vel ſubrubrum: Alter etiam eſt ſimplex color, qui opponitur vario, in quo ſenſu uvę, quæ abſolutam maturitatẽ adeptæ ſunt colore ſimplici aureo, vel purpureo præditæ dicũtur: ex adverſo juxta eam ẽ ſignificationẽ ſimplicis coloris, uvæ immaturæ, quæ dum ſuam inchoant maturitatem colorem præſeferunt partim herbaceum, partim purpureum, vel partim aureum, non ſunt ſimplici colore præditæ, ſed vario ornantur colore: Quamobrem Cato eaſdem uvas varias fieri ſcripſit, ſuo libro de re Ruſtica. Hæc cum vidiſſet Dioſcorides, ad omnem removendam ambiguitatem, ſe ipſum explicat, quem colorem ſimplicem intelligat, quia illum accipit, qui opponitur vario, quem excludit, nam quod ſpectat ad colorem, compoſitum, vel ad aurum vergens Armeniaci, vel ſubcitrum Pontici, vel ſubrubrum, eoſdem omnes colores ſuperius rereceaſuit, tamquam laudabiles.

Cato de Re ruſtica.

Non

Non varium]Color varius in uvis viniferis tunc exiſtit,quando in uno, & eodem racemo acinorum hic viridis apparet, ille verò purpureus,vel quando idemmet acinus hac quidem particula herbaceus, illa verò purpureus exiſtit. Sanè varium hunc colorem, ignotum recentioribus in quibuſdam Indicis racemis Amomi nos obſervavimus. Verum color Amomi tum ſimplex, tum varius ad ipſum racemum pertinet, non ad fruticem: quoniam Dioſcorides hoc in loco in quo de optimi Amomi electione agit, racemum ipſum deſcribit, non totam Amomi plantam, ut Recentiores opinantur: Quis enim ſibi perſuadere unquam poterit,in unica fruticis ſpecie iſtam reperiri colorum diverſitatem, adeò ut una tota planta candida ſit,quæ ſtipite, ramis ſurculis,& foliis, candidis conſtet.altera verò tota ſubrubra exiſtat quæ caudice,ramis,foliiſq; ſubrubris prædita ſit? proculdubio autem ſimplicem colorem racemi Dioſcorides laudat, atque varium colorem repudiat, quoniam ſimplex color maturitatis, & perfectionis eſt ſignum. Varius autem color imperfectæ maturitatis eſt nota, ut in uvis ipſis poſſumus obſervare.

Facultatem autem habet calfaciendi, adſtringendi, exiccandi, ſomnum conciliat,& dolorem lenit fronti illitum, inflammationes & Meliceridas concoquit,& diſcutit. Juvat etiam ſcorpionum ictus,cum Ocymo impoſitum. Podagricis prodeſt, Lenitq; oculorum inflammationes,atque eas,quæ ſunt in viſceribus cum uva paſſa. Ad mulierum autem morbos,& in peſſis,& in inſeſſionibus utile. Decoctum ipſius potum convenit hepaticis,nephriticis,podagricis.]

Poſteaquam Dioſcorides tradidit ſigna propria legitimi, & optimi Amomi; nunc tranſit ad explicandas ejuſdem Aromatis facultates, cum primas, tum ſecundas, ſcilicet calefaciendi, adſtringendi, doloris capitis ſedandi, & aliis, quas Dioſcorides recenſet. Verùm ipſa Dioſcoridis verba, non indigent noſtra expoſitione, & quia per ſe ipſa perſpicua ſunt, & manifeſta: & quia non pertinent ad quæſtionem, à nobis ſuſceptam: an Indicus racemus ſit ipſorum Veterum legitimum Amomum.

Miſcetur autem,& Antidotis,& precioſiſſimis Unguentis.] Antidoti nomen Galenus declarat his verbis. *Medicamenta, quæ non extrinſecus impoſita, ſed intus aſſumpta, malas corporis affectiones ſanant, Antidota* Lib. 1. de Antid. cap. 1.

Digitized by Google

Antidota Medici vocant: quorum tres ſunt omnes differentiæ: Nam adverſus exitiales potiones quædam faciunt, quædam ad feras valent, quæ venenum ictu, morſuvè relinquunt, quædam excitis mala victus ratione morbis auxiliantur.

Theophraſtus lib de odorib. Athenæus lib. 12. cap 30. Dioſc. lib. 1. cap. 51. Plinius lib. 13. cap. 1. 2. 3.

Unguenta Veterum ex oleis, & rebus odoratis componebantur, quemadmodum tradidère ſcriptores illi, qui de unguentis ſcripſerunt, nempe Theophraſtus, Athenæus, Dioſcorides, Plinius: Verum Unguenta præcioſiſſima illa erunt, quæ ex plurib⁹ externis, atq; præcioſiſſimis odoribus conficiebantur, ut ex Plinio habemus, eadem autem unguenta vocabantur à veteribus exotica, de quibus à cenſoribus Romanis lege lata edictum fuit aliquando, ne quis venderet unguenta exotica, ut ſcribis. Plinius. obiter autē hoc in loco adnotamus, Dioſcoridem utilitatis. & dignitatis ratione habita præpoſuiſſe Antidota ipſis Unguentis, cum tamen unguentorum unus videatur vetuſtior ipſis Antidotis, ſiquidem Theophraſtus ex aromatibus unguenta componi ſcribit, nullum verò Antidotorum mentionem habet, cum tamen ex aromatibus componantur etiam Antidota. Plinius autē ſcribit, antiquiorem eſſe uſum unguentorum, quàm ipſa ſint Antidota, namque unguenta Alexandri Magni tempore reperta fuiſſe narrat: ſed Mithridati gloriam eam videtur tribuere, quòd Antidota adverſus venena primus invenerit: ita de Vnguentis Plinius ſcribit.

L.b. 13 cap. 3.

Lib 9 de Hiſt. plant. cap 7.

Lib. 13. cap. 2.

Quis primùm invenerit, non traditur. Iliacis temporibus non erant, nec Thure ſupplicabatur. ſubdit poſtea.

Primum quod equidem inveniam caſtris Darii expugnatis, in reliquo ejus apparatu Alexander cœpit ſcrinium unguentorum. Sed de Antidotis idem Plinius ſcribit.

Lib. 25. cap. 2.

Mithridates, maximus ſua ætate regum, quem debellavit Pompejus. & infra

Uni ei excogitatum quotidie venenum bibere præſumptis remediis, ut conſuetudine ipſa innoxium fieret. Primò inventa genera Antidoti, ex quibus unus etiam nomen ejus retinet.

Lib. 1. de Antidot.

Galenus etiam nullum Antidotum Mithridatica confectione vetuſtiorem videtur agnoſcere. Ex his ergo ſatis patet vetuſtiorem eſſe unguentorum uſum, quàm Antidotorum. Sequitur Dioſcorides.

Adulte-

Adulterant verò aliqui Amomum ipſa vocata Amomide, ſimile exiſtente Amomo, inodoro autem, & ſine fructu, quæ naſcitur in Armenia, floremq́, habet ſimilem Origano. oportet autem in hujuſcemodi probationibus fragmenta vitare, eligito autem quæ ab una radice habent ſurculos integros.]

Quoniam periti herbarij munus eſt, non ſolum docere legitimas, & optimas plantas, verum etiam detegere ſpurias, & adulteratas, ne hæ pro veris, & legitimis admittantur, aut uſurpentur: Iccirco Dioſcorides cum legitimum, & optimum Amomum ſupra docuerit, nunc pertractat de Amomide, qua abutebantur olim aliqui herbariorum, ad legitimum Amomum adulterandum, ſimulque nobis ad memoriam revocat commune præceptum utile ad vitandam impoſturam & aliarum plantarum, & ipſius Amomi, nempe ſi fragmenta fugiamus, eligiamus autem ſurculos, ab una radice prodeuntes. Sanè quæ de Amomo ſuperius ſcripta fuerunt, ſatis poterant, ad exactam eiuſdem Amomi notitiam aſſequendam: verum quia Dioſcorides priſcorum herbariorum veſtigia fortaſſe ſequutus, adiecit etiam hanc Amomidis deſcriptionem, eandem propterea interpretabimur, præſertim quia verba ſunt paulò obſcuriora, in quibus inſunt difficultates, quæ explanationem deſiderant & quia Recentiores hinc argumenta deſumunt ad perturbandam, atque evertendam omnem de Amomo notitiam. Ad faciliorem verò huius particulæ intelligentiam in exponendis Dioſcoridis verbis inquiremus, quæ, & qualis ſit Amomidis planta, cui Amomo ſit ſimilis: Deinde revocabimus ad memoriam ipſas Amomi varias ſignificationes. Præterea indagabimus, quæ plantæ adulterentur, & quomodo adulterari poſſint: Demum verò declarabimus, quodnam ſit Amomum illud, quod Ipſa vocata Amomide adulteratur.

Adulterant aliqui Amomum] Amomi vocem multiplicem poſterius declarabimus, ſimulque perſpicuum faciemus, Amomum illud, quod veterum herbariorum aliqui dolosè vitiabant.

Ipſa vocata Amomide] Amomidis nomen videtur eſſe denominativum, ab Amomo deductum: ſi enim nomen Amomidis eſſet ipſius plantæ proprium, Dioſcorides hanc eandem plantam dixiſſet Amomidem ſimpliciter, ſine ulla adiectione, non autem vocatam Amomidem.

Simili exiſtente Amomo inodore autem, & ſine fructu.] Amomis eſt inutilis ad Medicinæ uſum, & propterea etiam ignobilis. Iccirco caret proprio nomine, & propria definitione: quamobrem nomen Amomidis ab Amomo accepit, deſcriptionem verò ab ejuſdem Amomi ſimilitudine mutuata eſt.

Amomo inodoro autem & ſine fructu, ἀμώμῳ ἀνόσμῳ μέν τοι καὶ ἀκάρπῳ] omnes expoſitores Amomidi tribuunt, eſſe inodoram, & ſine fructu, non ipſi Amomo, verum ipſe verborum contextus, quem græcè retulimus, oſtendit, eaſdem voces adjectivas, connectendas eſſe potius proximiori ſubſtantivo Amomo, quàm remotiori Amomidi. Deinde cũ Amomi vox multiplex ſit, quæ ſignificat plantam abſq; fructibus, & plantam fructibus onuſtam, atque fructũ racemoſum ſimilẽ parvis uvis, Iccirco eadem vox erat neceſſariò diſtinguenda, ad removendam ambiguitatem, id ipſum antẽ egregiè præſtant voces ἀνόσμου, καὶ ἀκάρπου. ſignificantes Amomidem ſimilem eſſe, non cujuſque Amomo, quia neque racemo, neque plantæ onuſtæ ſuis fructibus, ſed Amomo inodoro & ſine fructu, hoc eſt Amomo immaturo, ut Plinius etiam ſcribit: Præterea confirmatur eadẽ expoſitio, nam ſi dicamus, Amomidem inodoro, & ſine fructu eſſe ſimilem Amomo, quod antea dixit eſſe racemoſum, fructus plenum, ſeminis plenum, valde odoratum, nullo modo poterimus, Dioſcoridẽ vindicare à manifeſta contradictione, aut ſaltem ab inſigni verborũ vel obſcuritate, vel multiplicitate, ad quam propterea evitandam cogimur, diſtinguere vocem Amomi, in plantã inodoram, & infecundã, atq; odoratam, & fructibus onuſtam: dicentes Amomidem ſimilem eſſe non cuicumq; Amomo, ſed inodoro, & fructus experti, unde patet, voces ἀνόσμου καὶ ἀκάρπου eſſe ipſi Amomo omnino copulandas, ſicuti ſuperius affirmavimus.

Quæ naſcitur in Armenia. floremq; habet ſimilem Origano.] Amomidem in Armenia naſci, affirmat, ſed quoniã dubii ſumus, num Armeniam peragraverit Dioſcorides qui in eadem regione oriri dixerit Amomum, quod tamen in India provenit, inde inducimur ad ſuſpicandũ, quod noſter auctor de Amomide ſcripſerit, non illa, quæ ipſe ſuſmet oculis viderit, ſed illa potius, quæ apud alios auctores legerit, præſertim, quia Amomidis florem non ſuis propriis notis figuravit, ſed ſimilitudine floris Origani declaravit. ſequitur, ut nunc declaremus, quæ plantæ adulterari ſoleant, & quomodo. ſanè exter næ

plantæ, quarũ ſæpe eſt magna caritas, frequentius adulterantur, verum plantæ quę apud nos naſcuntur, minus ſunt obnoxiæ hujuſmodi impoſturis, quia viliores ſunt, atq; parvo impẽdio haberi poſſunt. Triplici verò modo adulterantur medicamenta ſimplicia, permutatione, commixtione, alteratione. Permutatione quidẽ, ſi contingat, ſpurias plantas legitimis eſſe valde ſimiles, veluti exempli gratia, ſe habent ad Rhaponticũ Centaurii majoris radices, quæ pro ipſo Rhapontico aliquando uſurpatæ fuerunt. commixtione verò vitiantur ſimplicia medicamenta legitima, quæcumq; adulterinis plantis parũ ſimilia exiſtunt, veluti evenit Balſami fructibus, quibus adulterina Hyperici ſemina ſolent commiſceri, ut Dioſcorides, & Plinius narrant de Balſamo ſcribentes: Alteratione verò ſimplicia illa adulterari poſſunt, quæcunq; perdiderunt quidpiam ſuæ ingenitæ probitatis, quod contingit etiam Amomi racemo integro ſi in fragmenta ſcindatur, atq; rurſus eadem fragmenta gummi liquido unà conglutinẽtur, quemadmodũ olim faciebant veteres herbarii, cõcinnantes facticium Amomi racemum, qui legitimũ mentiebatur, ut ex Plinio habemus. His ita explicatis declaranda ſunt Dioſcoridis verba, quibus docet, Amomũ tum alicujus impoſturæ capax, tum prorſus immune ab omni doli ſuſpicione.

Oportet autem in ipſis, hujuſcemodi rerum probationibus fragmenta vitare. Eligito autẽ, quæ ab una radice habent ſurculos integros,] Ad vitandum Amomidis adulterium, Dioſcorides nos edocet, communẽ cautionem illam, quam ipſe adhibere conſuevit etiam in aliis legitimis plantis eligendis, ut fugiamus fragmenta, eligamus verò integros ſurculos, ab una radice prodeuntes.

Hujuſcemodi rerum τῶν τοιούτων] talium rerum, vel ſimilium rerum, hoc eſt in electione legitimi Amomi, & legitimarum etiam aliarum plantarum vitanda ſunt fragmenta, in quibus latère poteſt dolus, ac impoſtura: eligendi verò ſunt ſurculi integri, longè alieni ab omni ſuſpicione doli: Vnde patet, præceptũ hoc eſſe comune tum Amomo, tũ aliis etiã plantis, ſiquidẽ capite de Cinnamomo idẽ præceptũ inculcat, ſurculũ à radice evellendũ eſſe, fugiẽda verò eſſe fragmẽta.

Fragmenta vitare,] Fragmenta evitanda ſunt & ipſius Amomi, de quo eſt præcipuus ſermo, & aliarum etiam plantarum, quas Dioſcorides communiter comprehendit.

Eligito autem, quæ ab una radice habent ſurculos integros.

Dum Dioſcorides reprobat fragmenta Amomi, eiuſdem ſimul etiam eligit ſurculos integros: quòd enim Amomum eligendum eſt neq; quidpiam medium datur inter fragmenta,& integros ſurculos, ex reprobatione fragmentorum, ſequitur neceſſariò, eligendos eſſe ſurculos integros: Inquirendum eſt autem, quid pro ſurculis integris,atq; fragmentis Amomi Dioſcorides intelligat: quia verò ſurculi integri habitus locum tenent, fragmenta verò privationis: habitus autem eſt notior ipſa privatione, iccircò incipiendum erit ab expoſitione integrorũ ſurculorum,ex quorũ declaratione fragmenta ipſa dignoſcentur. Quòd autẽ Dioſcorides ſurculos integros eligit,tamquã immũes à ſuſpicione impoſturæ.& doli,quòd per Amomidem fit,inde quiſpiã fortè exiſtimabit,ſurculos integros ſignificate racemum Amomi integrum,tum quia racemus etiam cohæret ſuo ſurculo integro, ſine quo conſiſtere nequit: tũ quia Dioſcorides antea,ut optimum haberet Amomum, ſibi delegit racemum, quibus accedit ex Plinij teſtimonio, Amomi uvam, ſeu integrum racemum fuiſſe apud veteres primarium Amomi. Verum quia integri racemi non prodeunt ab ipſa radice ſimpliciter, & immediatè, ſed intercedentibus ramis, & ſtipite, qui ab ipſa radice pullulat, iccirco pro ſurculis integris non poſſumus interpretari racemos, ſed debemus exponere integram plantam Amomi cum ſuis fructibus, quia illa à radice exoritur: nam quod attinet ad Amomi plantam deſtitutam fructibus,illa non poſſidet legitimi Amomi conditiones, quas Dioſcorides expreſſit dicens,

Lib.12.cap.13.

Ponticum fructus plenum.

Eligito ſeminis plenum.

Præterea tantum abeſt à veritate, ut Amomi plantam ſine fructibus Dioſcorides eligat, tamque immunem ab ipſis fallatiis .ſ. Amomidis, ut ſi eandem plantã infecundã eligiſſet, vel ipſammet eligiſſet Amomidẽ, vel ſaltem delegiſſet plantam, Amomidi admodũ ſimilem: His autem hoc pacto declaratis manifeſtum eſt, Amomi fragmenta nihil aliud ſignificare,niſi ejuſdem integræ plantæ Amomi particulas, hoc eſt virgulta confracta, & fructus friatos, ſimul confuſos.Hinc patet etiam,unica tantum ratione Amomi fragmenta adulterari ab Amomide conſueviſſe, nempe commixtis in unum, Amomidis & Amomi fragmentis, quæ propterea Dioſcorides ſuſpecta habet, & vitanda eſſe docet. Hinc apparet, etiam

erraſſe Recentiores, qui indiſtinctè ſcripſerunt, & Amomum eſſe ſimile Amomidi, & ab eadem poſſe adulterari, ſiquidem neque integer Amomi planta ornata ſuis fructibus racemoſis, neque ipſe integer racemus ſunt Amomidi ſimilia, neque integra planta Amomi ſuis inſtructa fructibus, neq; integer racemus ſunt obnoxia fallaciis ipſius Amomidis. Verum ex dictis à Dioſcoride emergit difficultas: cur hoc in loco eligat potius Amomi ſurculos integros quã integros racemos, cũ ſuperi⁹ in electione optimi Amomi delegerit racemos, non integram Amomi plantam, ſicuti jam probavimus; huic dubitationi plures ſolutiones afferri poſſunt: prima eſt, quia Dioſcorides hoc in loco neque repetit tractationem de eligendo optimo Amomo, cum ejuſdem notas adamuſſim antea tradiderit, neque in dubium revocat ipſas optimi Amomi conditiones enarratas, id, enim eſſet imperiti hominis. & inconſtantis. ſed dat nobis verum, atque utile conſilium ad vitandas fallacias, quæ ab Amomide fiunt, ut rejiciamus fragmenta Amomi, tamquam ſuſpecta impoſturæ, atque fallaciæ: eligamus verò ſurculos integros, tamquam immunes ab omni ſuſpicione doli. Quamobrem Dioſcorides ſibi non contradicit, quia antea elegerit Amomi racemum, tamquam partem totius plantæ præcipuam, optimamque ad Unguenta paranda, & antidota componenda, nunc verò eligat integros ſurculos, ſeu integram Amomi plantam ſuis fructibus ornatam ad effugiendos Amomidis dolos. ſed nõ ad uſum unguentorum, & antidotorum. Ex his autem patet, racemum eſſe optimam partem Amomi: ſed integram plantam cum ſuis fructibus eſſe legitimum Amomum, non optimum. Altera eſt ſolutio propoſitæ dubitationis, quòd etſi Dioſcorides nunc pertractet de vitanda Amomi fallacia, quæ ab Amomide fit, nihilominus tamen, quò doctrinam faciat communiorem, atque utilem, non ſolum ipſi Amomo, ſed aliis etiam plantis ſurculos eligit: nam illi communes ſunt aliis etiam plantis, non eligit autem racemos, utpotè peculiares ipſius Amomi. Poſtrema ſolutio eſt, quòd, cum Dioſcorides antea racemum delegerit, tamquam optimum Amomum ex ſuamet opinione locutus fuit: ſed hic dum elegit integram Amomi plantam, loquitur ex auctoritate veterum herbariorum, à quibus mutuavit totam hanc hiſtoriam de Amomidis, & Amomi dolis. Quod autem Dioſcorides tranſcripſerit extremam

hanc particulam de Amomide à priſcis ſcriptoribus plantarum, prætor illa, quæ adnotavimus ſuis locis, illud videtur hoc ipſum perſuadere: quoniam ſi Dioſcorides vidiſſet unquam ipſam Amomidis effigiem, hebetis admodum ingenii fuiſſet, ſi prætermiſſa Amomidis deſcriptione, hauſta ab ipſis ſenſibus, confugiſſet ad ſimilitudinem Amomi fruticis, præſertim cum eundem fruticem in principio hujus capitis adeò obſcurè figuraverit, ut nobis occaſionem reliquerit ſuſpicandi, Amomi plantam Dioſcoridi ſolo auditu fuiſſe cognitam, non autem oculata inſpectione compertam. quod verò ex veteribus herbariis aliqui Amomum deſcribentes plantam integram cum ſua radice figuraverint, apud Plinium locum monſtrabimus. hæc de propoſita dubitatione dicta ſint. Reſtant adhuc Dioſcoridis verba explananda, quæ habent:

Ab una radice prodeuntes.] Amomi radix non eſt utilis ad compoſitiones Unguentorũ, & antidotorum, quoniam radicum Amomi apud veteres medicos nulla unquam mentio habetur: ſed radicis mentionem facit Dioſcorides, ut manifeſtum faciat, ipſas plantas integras, ſuiſque radicibus cohærentes, non eſſe expoſitas dolis & fallaciis, quod & in Amomo, & in aliis etiam plantis unuſquiſque poteſt facilè obſervare. Hic animadverto, repræhendendos eſſe Recentiores illos, qui ex obſcura hac hiſtoria de Amomi argumenta deſumunt ad perturbandũ claram perſpicuamq;, doctrinã quã de Amomi racemo Dioſcorides nobis exhibuit: cum enim ingenitam in animis habeamus eam philoſophãdi viam, ut à notioribus nobis initium ducentes, deinde progrediamur ad indaganda illa, quæ ſunt obſcuriora, huic methodo adverſantur Recentiores ipſi, qui ex incertiori Amonidis deſcriptione ſtudent confundere, & perturbare certiorem, & dilucidiorem notitiam legitimi Amomi racemoſi. Jam ex hac commentarii noſtri parte prima, qua Dioſcoridis de Amomo hiſtoriam explanavimus, apertè patet, ipſum Dioſcoridem veritati conſona ſcripſiſſe, atque etiam dilucidè conſtat, omnes notas, quas Dioſcorides ſuo Amomo adſcripſit, in Indico etiam Racemo conſpici.

NICOLAI

NICOLAI MARONEÆ VERONENSIS.

COMMENTARIUS IN PLINIUM DE AMOMO.

HAc ſecunda noſtri commentarii parte interpretabimur Plinii de Amomo hiſtoriam, quam lib. XII. cap. XIII. complexus eſt: eàdem verò progrediemur methodo, qua ſumus antea uſi in Dioſcoridis explanatione, oſtendemus enim, Plinium de Amomo verè ſcripſiſſe, & conſona iis, quæ Dioſcorides de Amomo tradidit: Quinetiam apertè monſtrabimus, Indicum racemum omnibus Amomi Pliniani notis inſigniri: præterea comprobabimus, Plinium in deſcribendo Amomo fuiſſe diligentiorem, & dilucidiorem ipſo Dioſcoride.

Plinius habet:

Amomi uva in uſu eſt, Indica vite labruſca: ut alii exiſtimavere, frutice myrtuoſo, palmi altitudine, carpiturq; cum radice, manipulatim leniter componitur, protinus fragile. Laudatur quam maximè Punici mali foliis ſimile, nec rugoſis, colore ruffo. Secunda bonitas pallido. Herbaceum pejus, peſſimumq; candidum, quod & vetuſtate evenit. Pretium uva in libras. X. L X. friato vero Amomo XLVIII. Naſcitur & in Armeniæ parte, quæ vocatur Otene, & in Media, & in Ponto. Adulteratur foliis Punicis, & gummi liquido ut cohæreat convolvatq; ſe in uvæ modum. Eſt & quæ vocatur Amomis, minus venoſa, atque dura, ac minus odorata: quo apparet, aut aliud eſſe, aut colligi immaturum. Simile his & nomine, & frutice Cardamomum, ſemine oblongo. Metitur eodem modo & in Arabia. Quatuor ejus genera: viridiſſimum ac pingue, acutis angulis, contumax frangenti, quod maximè laudatur. Proximum è ruffo candicans. Tertium brevius atque nigrius. Pejus tamen varium, & facile tritu, odoriſq; parvi: qui verius Coſto vicinius eſſe debet. Hoc & apud Medos naſcitur. Pretium optimi in libras XII. Lib. 12. cap. 13.

In transſcribenda hiſtoria de Amomo noluimus prætermittere deſcriptionem Cardamomi, quam Plinius tradit, ut indagare poſſimus, num Indicus noſter racemus ſit ſpecies quædam Cardamomi

racemoſi, ſicuti Recentiores ſcribunt. Jam verò aggrediamur verborum expoſitionem: Inquit Plinius,

Amomi uva in uſu eſt Indica vite Lambruſca: ut alii exiſtimavere frutice myrthoſo, palmi altitudine: carpiturq; cum radice, manipulatim leniter componitur: protinus fragile.

Hac particula Plinius Amomi fructum quodammodo deſcribens appellat uvam, quam affirmat eſſe in uſu: ſed plantam Amomi figurans narrat illam, ex aliquorum ſententia Indicam vitem lambruſcā eſſe, ſed ex aliorum opinione eſſe fruticem myrtuoſum, palmi altitudine, qui cum radice colligitur, atque manipulatim leniter componitur, atque protinus fragile exiſtit. ſingula autem verba perpenda ſunt.

Amomi uva in uſu eſt,]

Amomi nomen ſignificat plantam ipſam, quam ſtatim deſcribit; ejuſdem verò plantæ fructus, dicitur uva Amomi. nomen autem uvæ non ſignificat ipſius vitis fructum, cui ſuccus muſteus ineſt, & ex quo vinum exprimitur, ſed denotat fructum Amomi, cujus externa figura, eſt uvæ ſimilis, quemadmodum eſſe videmus Indicum racemum: quamobrem Amomi fructus dicitur uva, voce translatā, à fructu vitis, ad fructum Amomi, qui adeò uvæ ſimilis exiſtit, ut ſcripſerit Plinius illos etiam, qui Amomum adulterant, operam dare, ut fructum effingant, qui cohæreat, convolvatque, ſe in uvæ modum: Plinius autem eodem uvæ nomine utitur, ad ſignificandos fructus racemoſos, qui in ſe ipſos cohærent, & cōvolvuntur ad uvæ ſimilitudinem: inquit enim alibi, Plinius lib. 27. cap. 4.

Anchuſæ circa imum caulem in ramulis ſemen exit uvis dependentibus.

Obſervo hoc in loco, quod cum Indicus racemus cohæreat, atq; convolvat ſe ad imaginem uvæ, quod non poteſt ex iſto ſigno, tamquam illegitimum Amomum reprobari: Recentiores autem, qui Ruellio vitio vertunt, quod Dioſcoridis vocem βότρυς, perperam expoſuerit uvam cū ſignificet racemum, ejuſdem erroris etiam Plinium ipſum tacitè repræhendunt, qui dum Dioſcoridem de Amomo loquentem exponit in Ruellii errorem inciderit, ut nomen βότρυς uvam ſit interpretatus. Huic dubitationi plures ſolutiones afferri poſſunt: Una ſit, Plinium non agere Dioſcoridis interpretem, ſed na-

ſed naturalem hiſtoriam ſcribere, quam ex probatiſſimis auctoribus græcis, & latinis deſumpſit, ut ipſemet ſcribit in epiſtola ad Veſpaſianum, iccirco ille legibus interpretis obligari non debet, ut verbum verbo reddere teneatur. Quod autē Plinius non exponat Dioſcoridem, illud videtur eſſe indicium, quia dum Plinius illos omnes recenſet auctores Græcos, latinosque à quibus ſuam naturalem deſumpſit hiſtoriam, nullibi Dioſcoridis mentionem facit tamquam Dioſcoridis ſcripta numquam viderit, cujus rei tamen cauſſam indagare ad noſtram diſputationem minime ſpectat. Neq; obſtat nobis, quod de Amomo eadem fermè uterque auctor ſcribat, ſiquidē fieri poteſt, ut ab uno, & eodē auctore ambo hi ſummi viri ſuam mutuaverint hiſtoriā. Altera verò ſolutio propoſitæ dubitationis eſt, quod etſi cōcedere velimus quod Plinius interpretatus fuerit hoc in loco Dioſcoridē, nihilominus tamen ille græcæ vocis βότρυος proprietatē ſervavit, cum uſus fuerit nomine uvæ, qua ſimul etiam elegantiſſimè expreſſit Amomi fructum, eundemq; ante oculos legentium poſuit, namque uvæ vox multò clarius figurat Amomi fructum, quam faciat racemi nomen quod genericum eſt, comprehenditque ſub ſe etiam illa racemorum genera, quæ nullam, vel exiguam admodum cū vero Amomo ſimilitudinem habent, quemadmodum ſe habent racemi laxi, & rari Hederæ, Ebuli, oleæ, ſed uvæ nomen nobis demonſtrat talem racemum in ſe ipſum convolutum, qualem eſſe videmus Indici Amomi racemum. Poſtrema dubitationis ſolutio eſt: Amomi fructus in cōmuni Romanorum loquendi uſu nomine uvæ nuncupari conſueviſſe, adeo ut Plinius uvæ vocem metaphoricam primus non invenerit, ſed vocem eandem ab herbariis, aut unguentariis antea repertam, & uſitatam acceperit, cujus rei conjecturam inde facere licet, quia Plinius hoc capite Amomi fructum uvæ nomine ſemper appellat, racemi numquam quaſi nullum aliud nomen uſitatum extaret apud latinos, ad fructum Amomi denotandum niſi uvæ nomen, neque exiſtimandus eſt Plinius à voce racemi abſtinuiſſe, quia racemi vox minus latina eſſet, nam Plinius etiam racemi voce utitur, ubi de fructibus verba facit his verbis:

Dependent alia pediculis, ut pira, Alia racemis, ut uvæ palmæ, Alia & pediculis & racemis, ut Hederæ, Sambuci, Proſequamur inceptam verborum expoſitionem. Plinius lib. 15. cap. 28.

Amomi uva in uſu eſt.]

Amomi uvam intelligit racemum, qui refert imaginem uvæ. conſtat autem Amomi uva pluribus acinoſis fructibus, & lignoſo ſuo fulcimento, ſed unuſquiſque fructus ſuum habet pericarpium, in quo ſemina continentur, quoniam verò Plinius ſcribit, Amomi uvam in uſu eſſe, inde dignoſcitur, veteres medicos, & unguentarios uſos fuiſſe toto ipſo racemo, quia exiſtimaverint, nullam ejuſdem uvæ particulam fuiſſe inutilem ad componenda unguenta, & antidota, ſcilicet neque pericarpium, neque ſemina, neque lignum, cui racemus cohæret: cujus rei cauſſa manifeſta fit ex noſtro Indico racemo, namque ipſius folliculi, & lignum odore aromatico, atq; acrimonia prædita ſunt. Verùm ſub hoc nomine uvæ *Plinius* non cõpræhendit ipſam Amomi plantam, quia uvam Amomi, atque ejuſdem plantam ab invicem ſejungit, & diſtinguit: & quoniam fructus certus erat, qui uva Amomi dicebatur, ſed planta Amomi incerta erat, nam aliqui lambruſcam vitem eſſe exiſtimabant, alii verò fruticem myrtuoſum eſſe opinabantur: Etſi verò uvam *Plinius* ſcribat in uſu eſſe, non excludit tamen friatam uvam, ſeu friatum racemum, cujus pretium infra tradit, namque friatus racemus ſub integro racemo compræhenditur, vel tamquã pars ſub toto, vel tamquam imperfectum ſub perfecto, Eſt autem Amomi uva in uſu ad unguenta componenda, ut ex *Plinio* ſtatim declarabimus. Verùm ex verbis ipſius *Plinii* aliquæ oriuntur dubitationes: una eſt, cur *Plinius* docuerit, uſum Amomi, ejuſdem verò deſcriptionem prætermiſerit, qua in re eodem tramite nõ inceſſit, quo progreſſus eſt Dioſcorides, qui primò deſcriptionem Amomi, poſtea verò ejuſdem uſum tradidit. Huic dubitationi ſatisfaciendum eſſe puto, hoc modo. *Pliniũ* omiſiſſe deſcriptionẽ Amomi fructus, vel quia in naturali hiſtoria ſcribenda ſtudioſus fuerit brevitatis, vel quia crediderit, nomẽ uvæ eam energiam habere, ut racemũ in ſe ipſo convolutum ad unguẽ exprimat, adeo ut luculentæ deſcriptionis vicẽ ſuppleat: vel demum *Plinius* omiſit Amomi fructus declarationẽ, quia Amomi fructus *Plinii* ætate erat unguẽtarijs & medicis notiſſimus, ut infra mõſtrabimus. Altera dubitatio eſt, quam Recẽtiores excitarunt, quænã Amomi pars apud veteres in uſu fuerit, num planta ipſa, an fructus, vel utrumq;? Enimvero & in exponendo Dioſcoride iam docuimus eundẽ auctorẽ delegiſſe Amomi fructũ racemoſum tamquã optimã

Amomi partem, & ſupra in exponendis ipſis Plinii verbis monſtravimus fuiſſe in uſu Amomi racemũ, qui tamulo, folliculis, & internis ſuis ſeminibus conſtat, inutilẽ verò fuiſſe plantã, ſive illa fuerit lambruſca vitis, ſive frutex myrtuoſus, ut quibuſdam placuit: præterea confirmatur eadẽ opinio, quod ſola Amomi uva, ſeu fructus eſſet in uſu apud veteres, quoniã & ipſa Amomi uva integra, & friata venalis erat in officinis, ſed planta Amomi nullum habebat prætiũ, ut ex Plinio monſtrabimus inferius. Neq; verò Plinii fides in dubiũ revocanda eſt, quoniã priſcis temporibus in unguentariorũ tabernis publicè habebatur venalis Amomi fruct⁹, utpotè qui ingrediebatur cõpoſitiones precioſiſſimorũ unguentorũ, quorum tum ubiq; gentiũ, tum præcipuè Romæ uſus erat frequentiſſimus. Sanè Amomi uvã venalẽ fuiſſe in officinis unguentariorũ & Plinius ſcribit, & alii etiã auctores graviſſimi confirmare vidẽtur, à quibus habemus, ipſos unguentarios, qui Romæ degebant, nõ ſola unguenta venalia habuiſſe in ſuis tabernis, ſed etiã ipſamet aromata, ex quibus unguenta cõponuntur: ſiquidẽ Cato libro de Re Ruſtica, ut vinũ odoratum faciat, in eo ponit ſchœnũ, & palmã, quã unguentarii habent: & Columella in ſuo defruto inijcit aromata ſchœnũ, Cyperum, Myrrham, Calamum, Amomũ, Et Galenus ſcribit Unguentarios, qui Romæ cõmorabantur plantas etiã peregrinas venales habuiſſe, Quod autem plura ex unguentis exoticis Amomum reciperent ſcribit Plinius ubi de unguentis agit his verbis.

Cato libro de Ruſtica cap. 113. Columella Li. 12. cap. 20. Primo de Antidotis.

Acutiora omnia fiunt Coſto, & Amomo, quæ maximè nares feriunt.

Et poſtea:

Acerrima per ſe Amomo. atque eodem libro:

Ergo regale unguentum appellatum, quoniam Parthorum Regibus ita temperatur: conſtat Myrobalano, Coſto, Amomo.

Demum verò unguentorum uſum fuiſſe veteribus frequentiſſimum, tum apud Græcos, tum apud Romanos, & alias nationes, colligere licet ex Theophraſto & Athenæo, & Plinio, qui ſcribit:

Hæc eſt materia luxus maximè ſupervacui. Margarita enim gẽmaq; ad heredẽ tamẽ tranſeunt, unguẽta illicò expirant, ſuisq; moriũtur horis.

Et paulo poſt:

Excedunt q; quadragenos denarios libræ, tãti emitur voluptas aliena.

Subdit poſtea:

Vidimus etiam veſtigia pedum tingi.

Theophraſtus libro de odoribus. Athenæus lib. 12. cap 30. & idem lib. 15. cap 35. Plinius lib 13. cap. 1. 2. 3.

Et mox:

Nec non aliquem ex privatis audivimus juſsiſſe ſpargi parietes balinearum unguento, atq́; Cajum principẽ ſolia temperari. mox ſubjungit *Et poſtea quendam ex ſervis Neronis.* & paulo poſt.

Maximè tamẽ mirũ eſt, hanc gratiã penetraſſe & in caſtra, Aquila certè ac ſigna pulverulẽta illa, & cuſtodiis horrida in ungũtur feſtis diebus.

Ex his ergo omnibus concludendũ eſt, Plinij ætate, Amomi uvã ejuſdemq; uſum fuiſſe adeo notũ, tum Romæ, tum aliis in locis, ubi unguenta precioſa conficiebantur, ut inveriſimile ſit, ſolum Pliniũ, virum alioquin rerum naturalium maximè ſtudioſum, ignoraſſe Amomi fructum, quẽ nullus unguentarius, nullus medicus ignorabat.

Indica vite lambruſca, ut alii exiſtimavere, frutice myrtuoſo palmi altitudine.]

Quoniam priſcis temporibus Amomi uva erat in uſu frequenti, atq; venalis habebatur in officinis herbariorum, propterea erat etiã notiſſima, ſicuti iam abundè manifeſtavimus. Sed Amomi planta, quæ inutilis putabatur ad unguentorum, & antidotorum compoſitiones, erat parum nota, unde nullam facit admirationem, quod Amomi planta, Plinii æſtate, fuerit adeo incerta ut eandem alii Indicã vitem, alii verò fruticem myrtuoſum eſſe exiſtimaverint. Sanè Thuris lacryma & veteribus, & nobis notiſſima eſt, ſed Arbor Thurifera & nobis ignota eſt, & veteribus incognita fuit, Plinio teſte: Charyophyllum aromaticum eſt vulgo cognitum, ſed arbore provenit pleriſque ignota: Recentiores verò, qui Plinium in Amomi frutice deſcribendo ancipitem vident, inde colligunt, eundem auctorem etiam uvam Amomi ignoraſſe, admodum fallaci argumento ducti, ut exemplis allatis monſtravimus.

Li. 12. cap. 14.

Indica vite Lambruſca,]

Amomi uvam provenire ex Indica vite lambruſca Plinius narrat quamobrem noſtri Amomi auctoritatem tuetur, quod in India naſci ſcribunt: hinc verò patet cauſſa, cur aliqui ex Recentioribus reprobaverint Plinii de Amomo hiſtoriã, ſiquidem illa admodum favet nuper inventu Amomo, quod Recentiores ſuſceperunt impugnandum. Garzias autem audiendus non eſt, qui Amomum in India naſci ſuis ſcriptis negat, namque ipſamet experientia hoc tempore docet, Amomum Indicum eſſe, neque enim credendum eſt, vel Garziam omnes Indicæ vaſtiſſimas regiones peragaſſe, vel omnia ſimplicia medicamenta cognoviſſe, quæ in India oriuntur. Recẽtiores illi, qui ne-

vum Amomum reprobāt,tamquam illegitimum, quoniam in India naſcatur, cum Dioſcorides dixerit, Amomum eſſe Armeniacum, aut Ponticum, manifeſtè errant, ſi Plinio fidem adhibent: ſi verò Plinii auctoritatem nihili facientes Dioſcoridi tantùm aſſentiuntur, interrogandi ſunt, cum veram Caſſiam aromaticam, quæ ex India defertur, non repudiant, tamquam ſpuriam, cum Dioſcorides ſcripſerit, Caſſiam in Arabia provenire? Profectò Dioſcoridem veras exoticarum plantarum regiones ſæpe ignoraſſe ſermonis hujus parte prima, appoſitis exemplis, docuimus.

Vita Lambruſca,]

Proculdubio planta, quæ Amomi uvam gignit, nō poteſt eſſe vera, & legitima lambruſca vitis, quia illa producit racemum, refertum ſucco vinoſo: unde pro lambruſca vite exponere debemus, plantam, ſimilem lambruſcæ, quæ quidem planta eandem habet rationē ad vitem lambruſcam, quum habet ipſa Amomi uva, ad uvam viniferā vitis. Hæc autē Plinii aſſertio non eſt certa & firma cognitio ab herbariis inter ſe cōſentientibus accepta, neq; minus eſt notitia, à ſenſibus derivata, ut infra oſtendemus, ſed eſt opinio nō admodum confirmata, quæ vel nata eſt ex conjectura ſimilitudinis illius, quæ eſt inter Amomi fructum racemoſum, atque uvam viniferæ vitis: unde Plinius perſuaſus eſt ad ſcribendum, Amomi plantam eſſe viti lambruſcę ſimilē: vel opinio ipſius Plinii originem duxit à communi fama, ſed incerta, & varia quæ emanavit ex diſſentientibus ſermonibus, vel ſcriptis herbariorū, qui plantam Amomi diverſimodè figurarunt: nam ſi Plinius ab auctoribus inter ſe cōſentientibus, vel ab ipſis ſenſibus didiciſſet Amomi plantæ figuram, non reliquiſſet nos in dubium, cui opinioni magis adhærere debeamus: num priorum auctorum, dicentium Amomi plantam eſſe vitem lambruſcam, vel aliorum, exiſtimantium eſſe fruticem myrtuoſum, palmi altitudine.

Ut alii exiſtimavere frutice myrtuoſo, palmi altitudine:]

Secunda eſt opinio de Amomi planta, illam eſſe fruticem myrtuoſum, hoc eſt myrto ſimilem, hanc verò opinionem Plinius neq; laudat, neque reprobat, quia ipſi non cōſtat, qualis ſit vera figura Amomi: Verùm quoniam neque ex hiſtoriis recentiorum, neque ex veterum monumentis quidpiam certi habemus, quæ nam ſit planta

Digitized by Google

Amomi vera facies, noſtram afferemus hac in re conjecturam: nempe nobis arridere opinionem, quod Amomi planta ſit frutex myrti effigie præditus, namque in racemi Indici (ut ſic loquar) pediculo folia inſunt breviora, quæ non ſunt diſſimilia à myrtinis foliis.

Palmi altitudine.]

Si Amomi frutex Myrtuoſus eſt, adeò exiguus, ut non excedat palmi altitudinem, nulli dubium, quòd valde differt ab Indica vite lambruſca.

Carpiturq; cũ radice, manipulatim, leniter cõponitur, protin⁹ fragile.]

De eodem myrtuoſo frutice Amomi ſermonem Plinius proſequitur, refertque ex aliorum ſententia, integrum fruticem cum ſua radice colligi conſueviſſe, atque in manipulis componi, ſtatim verò fragile eſſe. nemini autem dubium eſſe debet, quin Plinius acceperit à veteribus herbariis totam hanc de frutice Amomi hiſtoriam, ſiquidem comprobavimus ſuperius, Plinium numquam vidiſſe integrum, & verum Amomi fruticem.

Carpiturq́, cum radice,]

Si Amomi frutex eſt adeò puſillus, ſicuti Plinius refert, carpi non poteſt, quin ipſius etiam radices ſimul evellantur: exiſtimãdum eſt autem, hunc eundem fruticem ſuis eſſe racemis ornatum, alioquin eſſet inutilis ad unguenta componenda. Sanè ejuſmodi planta, quæ integra eſt, legitima exiſtit, ſed tota non eſt optima, ſed ipſius ſolus racemus. Ex hoc loco elicitur, non defuiſſe ex veteribus herbariis aliquos, qui in Amomo ipſo deſcribendo figurarunt plantam integram ſua radice, ſuiſque fructibus præditam, hunc locum in exponendo Dioſcoride oſtendere jam ſumus polliciti.

Manipulatim leniter componitur,]

Senſus Plinii verborum eſt: conſueverunt Indi, vel alii barbari apud quos naſcitur Amomi frutex, eundem componere in manipulos, quos venales poſtea tranſmiſiſſe ad Unguentarios, & Medicos, Aſiaticos, Ægyptios, Græcos, Italos, exiſtimandum eſt, ſicuti etiam credibile videtur, ipſos Unguentarios, & Medicos ex eodem frutice ſelegiſſe integros racemos, tamquã primarium Amomum, ex reliquis verò virgultis & confractis racemis, paraſſe Amomum friatum, ſeu ſecũdarium. Vtrum verò integra Amomi planta vetuſtiſſimis temporibus in Europam delata fuerit, ſicuti ex veterum

aucto-

auctoritate Plinius refert, nihil certè affirmare poſſumus. certiſſimũ tamen eſt, quod Plinii ætate, integra Amomi planta in Italia venalis non erat: ut inferius oſtendemus.

Protinus fragile.]

Amomum eſſe protinus fragile, veriſimile videtur, ſive pro Amomo accipiamus fruticem, ſive intelligamus racemum: quoniam Plinius animadvertit, quod præter ipſam Amomi uvam etiàm Amomum friatũ publicè venale ſemper habebatur in unguentariorum officinis: præterea in Indico noſtro Amomo præter ipſos integros racemos, videmus ineſſe etiam Amomum friatum.

Laudatur quàm maximè Punici mali foliis ſimile, nec rugoſis colore ruffo, ſecunda bonitas pallido. Herbaceum pejus, peſſimumq; candidum, quod vetuſtate evenit. Pretium uvæ in libras X. LX. *friato verò Amomo* LVIII.]

Poſteaquam Plinius docuit, Amomi uvam in uſu eſſe, ſimulque Amomi plantæ deſcriptionem ex veterum placitis nobis tradidit, nunc quam maximè laudat Amomum, quod ſimile eſt foliis mali Punici, ruffoque colore præditum eſt: deinde melioris, atque deterioris Amomi ſigna ex ipſo colore manifeſtat. Demùm verò Amomi venalis duas obſervat differentias, præſtantiorem nempe ipſam Amomi uvam, atque viliorem ipſum Amomum friatum.

Laudatur quammaximè]

Quia certum eſt, Plinium in præſentia verba facere de Amomo, neceſſe eſt, ut Amomum iſtud, vel ſit nova Amomi ſpecies, vel ſit Amomum illud, de quo antea ſermonẽ habuit: Enimvero Plinius de nova plãta Amomi agere nõ poteſt, quia planta, quę ad huc cognita non fuit, non poteſt laudari, aut eligi, atque Plinius Amomũ hoc laudat, ut doceat illud eligendum à nobis eſſe: Præterea ipſamet Plinii verba apertiſſimè oſtendunt, ipſum non deſcribere novam Amomi ſpeciem: ſed præſtantioris Amomi ſingularem conditionem animadvertere, ut folia habeat æmula foliorum mali Punici. Demum ſi Plinius cognoviſſet duas Amomi ſpecies, præſtantiorem debuiſſet eligere, quo loco de unguentis, expreſsè agit. Verùm idem Plinius de Amomo loquitur tamquam unico aromate: unde concludendum eſt Plinium hoc in loco neque deſcribere, neque laudare novam Plin. lib. 13. cap. 1. 2. 3.

dare novam Amomi ſpeciem, ſed ex Amomo deſcripto illud eligere, & laudare tamquam præſtantiſſimum, in quo inſunt folia æmula mali punici foliorum.

Punici mali foliis ſimile.]

Amomum, quod eſt ſimile foliis mali Punici, atque à Plinio laudatur, non eſt altera Amomi ſpecies, ſed eſt Amomum, antea deſcriptum, Illud autẽ eſt Amomi fructus vel planta. Verùm quia Amomi planta neque in uſu eſt, neque etiam venalis habetur, ſed ſola uva Amomi uſum habet, & precium, propterea Amomum quod folia obtinet mali punici ſimilia, eſt ipſamet uva non planta. Verùm torquet doctos viros hęc difficultas, quo nam pacto Amomum poſſet habere folia mali Punici, cum ex Plinio habeatur Amomum eſſe lambruſcam vitem, vel fruticem myrtuoſum. Sanè hunc modum ſolvit Indicus noſter racemus, qui in ſe ipſo continet folia æmula foliorum mali Punici, ſena ſingulos folliculos ambientia, in modum calycis: quemadmodum narravimus in ipſa deſcriptione Indici racemi. Recentiores autem, quibus incognita ſunt folia, quæ racemum Amomi exornant, fruſtrà objiciunt Plinio, quod Amomum deſcripſerit longè diverſum à Dioſcoridis Amomo, namque in Amomo Plinii inſunt folia mali Punici, in Amomo Dioſcoridis folia vitis albæ: facilè enim ſolvitur dubitatio ex allatis expoſitionibus: quia ex Plinio folia mali Punici pertinent ad uvam Amomi, nõ ad plantam: ſed ex Dioſcoride folia vitis albæ ſpectant ad plantam Amomi, non ad fructum. Ex dictis autem nova oritur dubitatio: anm folia mali punici æmula in omni Amomi vera inexiſtant, vel non: primùm quidem incredibile videtur, folia illa, quæ vicem calycis gerunt, non in omnibus ineſſe racemis, ſi verò racemi omnes foliis ejuſmodi ornantur, errat Plinius, qui hęc folia aſſignat optimo, tantum & laudatiſſimo Amomo: ſolutio dubitationis eſt, in omni integro racemo Amomi folia iſta Punici mali foliis ſimilia reperiri, ſed non in omnibus racemis eminere extra racemi acinos; quamobrem Plinius racemos illos tantummodo laudat, quibus inſunt folia iſta integra, & longiora, quæ extra Amomi acinos perſpicuè eminent, atque apparent: cauſſa verò ſatis manifeſta eſt; ſiquidem racemi, qui ſuis foliis integris præditi ſunt, non ſolum ſunt pulchriores viſu, verum etiam plerumque recentiores, & incorruptiores exiſtunt

Digitized by Google

iſtunt. Alia demum reſtat dubitatio, aut Plinius in optimo Amomo delineando notaverit ipſa mali punici folia, de quibus nihil Dioſcorides agit, atque idem Plinius prætermiſerit reliqua bonitatis ſigna, quorum Dioſcorides meminit, nempe odorem, gravitatem, & ſimilia? ſolutio eſt, Plinius compendiariam hiſtoriam naturalem ſcribit, propterea non complectitur minutiſſimas omnes optimi Amomi conditiones, imò vulgares, omnibusq; perſpectas prætermiſit: meminit verò foliorum, quæ in ipſo racemo inſunt, quoniam non fuerunt fortè obſervatæ ab omnibus herbariis: hac verò in re Plinius doctiores viros imitatur, qui in ſuis conſcribendis commentariis prætermittere conſueverunt illa, quæ notiora ſunt, & faciliora, ſolent autem obſcuriora docere.

Simile,]

Laudat Amomum ſimile foliis mali Punici, ſed ſi Amomum, quod à Plinio laudatur, non eſt planta, quia illa non eſt in uſu, remanet, ut ſit ipſa celeberrima Amomi uva, quæ eſt in uſu, eſtque fructus Indicæ vitis lambruſcæ, vel fruticis myrtuoſi: hinc verò manifeſtè apparet, Amomi uvam non eſſe omnino ſimilem foliis mali Punici, quia impoſſibile eſt, fructus racemoſos eſſe prorſus ſimiles ipſis foliis mali Punici, quamobrem neceſſe eſt, uvam ipſam ea ratione eſſe ſimilem foliis Punicis, quatenus in ſe continet folia, æmula foliorū mali Punici. Sanè ejuſmodi folia videmus intertexta in noſtro Indico racemo.

Nec rugoſis,]

Folia, quæ in racemo Amomi exiſtunt, Plinius reprobat, ſi rugoſa ſint, ea ratione tacitè contraria laudans, ſcilicet folia levia, & plana, nam, tum, & ipſis foliis ſua extat maturitas, & immaturitas, plerunque evenit, ut folia ante maturitatem decerpta, rugoſa evadant; immatura verò folia ſuos racemos arguunt immaturitatis, quos propterea invalidos eſſe, & imbecillos, nemo dubitat. Huculque autē in Indicis racemis folia rugoſa animadvertere nondum potuimus, obſervavimus tamen, acinos racemi rugoſos minus reliquis eſſe ponderoſos, ut admiratione dignum ſit, hanc acinorum rugoſitatem, neque Plinium, neque Dioſcoridem animadvertiſſe.

Colore ruffo.]

Plinius ſermonem habet de Amomi uva, in qua plures obſervat

colores, nempe ruffum, pallidum, herbaceum, atq; candidum: Nequeunt autem Recentiores hanc colorum varietatem collocare in ipſa Amomi planta, quia illa non eſt in uſu, & quia incredibile eſt, in unica fruticis ſpecie reperiri tot colores, iam enarratos. Quia verò Plinius Amomo ruffo primum bonitatis locum aſſignat, non oportet ignotare, eundem auctorem Nardo tribuere colorem ruffum, nihilominus tamen in Indicis racemis non vidimus colorē illum, intensè ruffum, quem in Nardo Indica conſpicimus, ſed noſtri Amomi racemus ex pallido colore, ad ſubruffum vergit, quaſi ex pallido, & ruffo enatus, ut ſubruffus magis dicendus ſit, quam ſimpliciter ruffus. Quod verò primus bonitatis locus ſub ruffo racemo frequenter tribuendus ſit, ipſa obſervatione deprehendimus: quia ſubruffi racemi Indici Amomi plerunque omnium ponderoſiſſimi, & maximè odorati exiſtunt: non eſt tamen tanti faciendus ſubruffus Amomi color, vt ex ipſo ſolo probitatis argumentum deſumendum ſit.

Plinius cap. præcedenti.

Secunda bonitas pallido.]

Secundam bonitatem pallido racemo iuremeritò tribuit, quia pallidus color ad ſubruffum magis accedit, quàm candidus. pallidū verò racemum candido frequenter præſtare Indicorum racemorū, experientia nos docuit,

Herbaceum peius, peſſimumq́; candidum quod & vetuſtate evenit.]

Uvæ Amomi colorem herbaceum ſubruffo, & pallido colore deterius eſſe, ipſa dictat ratio, quia viridis color immaturitatis eſt ſignum, quod verò candidus Amomi color ſit omnium peſſimus, facilè perſuaderi poteſt, candidus enim racemus duplici laborat vitio: immaturitate, & vetuſtate: quoniam ex herbaceo, ſeu immaturo Amomo, etiam inveteraſcente provenit candidus color ex Plinii animadverſione, quæ confirmatur exemplo ſimili, Nuces Avellanæ ante maturitatem collectæ ex viridi colore ſubalbicant, ipſa vero adveniente vetuſtate candidæ fiunt. Cum verò Plinius Amomi colores enumeret ſubruffum, pallidum, candidum, herbaceum, eoſdem omnes colores præter herbaceum nos obſervaſſe, ingenuè profitemur in Indicis racemis, in quibus, & varium vidimus colorem, cujus meminit Dioſcorides. Ex omnibus verò Amomi coloribus præſtantiſſimum cenſemus ſubruffum, mox varium, cui ſuccedit

Digitized by Google

cedit pallidus, poſtremum verò locum candido tribuimus, quamvis color non ſit tanti faciendus, quin pluris ipſa Amomi gravitas ſit facienda. Quod autem varius racemus virtute ſua [illegible] do,& candido,non eſt difficile credere, cum varius color ad ſubruffum magis accedat, quam pallidus, & candidus. Hinc infertur Indicum Amomum eſſe legitimum *Plinii* & Dioſcoridis, quia præter alias conditiones omnibus etiam iis præditus eſt coloribus, quibus auctores illi Amomum legitimum circumſcripſerunt.

Pretium uvæ in ſingulas libras Denariis LX. *friato verò Amomo* XLVIII. Ut *Plinius* exhiberet nobis omnibus numeris abſolutam Amomi hiſtoriam, eidem adjunxit pretia uvæ,& friati Amomi, docuitque uvæ pretium in ſingulas libras, eſſe denarios ſexaginta, friati verò Amomo Denarios quadraginta octo. quia verò in hac exigua particula multa ſunt digna animadverſione quæ faciunt ad Amomũ veterum maximoperè illuſtrandum, nonnulla verba propterea perpendemus.

Pretium] quia *Plinius* ſcribit, pretium Amomi integri, & friati, neque declarat locum ubi Amomum venale exponebatur, non eſt dubitandum, quin *Plinii* ætate Amomum haberetur venale in officinis unguentariorum omnium, & illorum etiam, qui Romæ commorabantur, ſicuti iam docuimus ſuperius. Unde neceſſe eſt, Amomum fuiſſe unguentariis, & Medicis notiſſimum. hæc ſi vera ſunt, quis nam aſſentietur amplius Recentioribus ſcribentibus, *Plinium* ignoraſſe illam Amomi uvam, quam nullus unguentarius, aut Medicus *Plinii* ſæculo ignorare poterat? Si verò *Plinius* Amomi veram, & certam notitiam habuit. qui fieri poteſt, ut falſam tradiderit hiſtoriam? fuit ne adeo impudens, ut ſciens, & volens dare nobis voluerit mendacem Amomi deſcriptionem?

Uvæ]Uvæ, apud *Plinium* duplex exiſtit ſignificatio, una communis, quæ ſub ſe continet omnem Amomi racemum, tum integrum, tum friatum, dicente *Plinio*,

***Amomi uva in uſu eſt, Indica vite lambruſca*:**

Altera uvæ ſignificatio recentioribus pleriſq; ignota denotat integrũ Amomi racemũ, qui cõtra diſtinguitur ab Amomo friato, *Plini*⁹ igitur hoc in loco uvæ ſignificationẽ poſtremã accepit. Enimverò veteres exiſtimabãt friatũ Amomi racemũ eſſe imbecilliorẽ,& viliorẽ,

ſed ipſam uvam præſtantiorem & præcioſiorē eſſe opinabatur, unde etiam apparet cauſſa, cur veteres in ſuis monumentis elegerint ſemper Amomi uvam, quoniam illa erat Amomum primarium, ſed nunqua mentionem fecerint friati Amomi, quia illud erat Amomū ſecundarium. Nemo autem credat, venalem uvam Amomi fuiſſe plantam onuſtam ſuis fructibus racemoſis: namque Plinius ſuperius ſejunxit Amomi uvam, quæ erat in uſu, à ſua planta. obſervo autem in hac hiſtoria narratione, quod ipſa Plinii ætate non erat in uſu Amomi planta, vel illius virgulta, aut radices, quoniam nullum habebant pretium. Recentiores autem aſſerentes, Amomi fruticem fuiſſe in uſu apud veteres, rationem reddere tenentur, cur Plinius pretia uvæ, & friati Amomi dixerit, non etiā totius fruticis, aut virgultorum? Ulterius ex hoc Plinii loco colligo etiam, Amomi virgulta, atque folia fuiſſe vel prorſus inodora, vel parum odorata, quia apud veteres nullum habebant uſum, in nullo erant pretio. Ex dictis autem oritur dubitatio, ſi Plinius vera de Amomo ſcripſit, neq; tamen cum Dioſcoride conſentit, ut placet Recentioribus, neceſſe eſt in rerum natura reperiri duas Amomi ſpecies, à veteribus cognitas, hoc verò ſæculo ignotas, ita tamen ut duarum ſpecierum unam Dioſcorides delineaverit, Plinius alteram figurauerit: verum huiuſmodi opinio videtur prorſus aliena à veritate: namque in fine hujus commentarii perſpicuum faciemus, deſcriptiones Dioſcoridis, & Plinii de Amomo inter ſe prorſus conſentire. Ulterius Theophraſtus, Dioſcorides, Plinius, Galenus, cœteriq; omnes medici, & herbarii unum videntur agnoviſſe Amomum, quod Amomi uvam, vel racemum nominarunt, neq; alicubi apparet, eoſdem viros obſervaſſe duas Amomi ſpecies, vel duas unquā dediſſe Amomi definitiones. Quoniam verò Recentiores exiſtimant, Amomum racemū, à Dioſcoride definitum, eſſe diverſum ab Amomi uva à Plinio deſcripta, & quia iidem Recentiores opinantur, Dioſcoridem ſuum cognoviſſe Amomum, ſed ignoraſſe Amomi uvam, à Plinio delineatam, contra verò Plinium uvæ habuiſſe notitiam, minimè autem cognoviſſe Amomum Dioſcoridis. ejuſmodi aſſertio videtur prorſus incredibilis, ſive ſtatuamus, Dioſcoridem, & Plinium eadem vixiſſe ætate, ſive credamus, horum virorum unum fuiſſe altero poſteriorem. Primum enim, ſi eadem illi vixiſſent ætate, quid prohibere potuiſ

